HISTORIA VITAE
CLARISSIMI VIRI
ADAMI
SIBERI
SCHOENAVIENSIS
EX VARIIS IPSIVS MONIMENTIS
QVONDAM EDITIS
ET
EPISTOLIS MANVSCRIPTIS
ITEMQVE ALIORVM,
QVI EADEM
CVM SIBERO AETATE
FLORVERVNT,
DOCTORVM VIRORVM LIBRIS
ET EPISTOLIS ERVTA
ET HAC COMMENTATIONE
EXPOSITA
ADDITA IVSTA SERIE OMNIVM PRAECEPTORVM ET OECONOMORVM ILLVST. SCHOL. GRIM. STVDIO ET LABORE
M. HENRICI AVGVSTI SCHVMACHERI,
PROVINCIALIS SCHOLAE, QVAE GRIMAE EST, CONRECTORIS.

GRIMAE TYPIS CHRIST. VOGELII,
Impensis Auctoris.

Digitized by Google

Digitized by Google

In

Potentiſſimi Poloniarum Regis,
Sereniſſimique Saxoniae Pr. Electoris, ſummo
Provocationum Senatu, ſummoqve Sacro

PRAESIDI

Perilluſtri atque Excellentiſſimo
Domino,

DOMINO

IOANNI GEORGIO

DE PONICAV,

Dynaſtae Clientelarum, Pohlae,
Schoenbrunnae, & Taſchendorfi,

IVXTA ATQVE

Illuſtribus, Magnificis, Summe-Reverendis, Conſultiſſimis, Ampliſſimisque

DOMINIS

Eiusdem ſacri ordinis

ASSESSORIBVS ET CONSILIARIIS GRAVISSIMIS.

Digitized by Google

DOMINO

ANDREAE BAYERO,

Dynastae Clientelae Steinicht VVolmesdorfi &c.

JCto Amplissimo, Consiliario Aulico, Assessori itidem Senatus Ecclesiastici religiosissimo, Seniori meritis cumulatissimo.

DOMINO

HENRICO PIPPINGIO,

A Concionibus Aulae primariis, Theologo patriae praecipuo, fama meritisque suspiciendo.

Do-

DOMINO

VALENT. ERNESTO LOESCHERO,

Doctori Theologo, Sacrorum Dresdensium Antistiti longe meritissimo, & Assessori sanctissimis ornamentis celeberrimo.

DOMINO

JACOBO FRIDERICO SCHILLINGIO,

JCto praestantissimo, Dynastae Proschvvici Ocerillae & Baselici, in superiori Rationum publicarum Collegio Consiliario, omni meritorum amplitudine insigni.

Digitized by Google

DOMINO
JOANNI GEORGIO
REINHARDO,
JCto Nobiliſſimo, & Aſſeſſo-
ri Graviſſimo, paternae celebritatis
in omni prudentia, & humanitatis ſtudio, ae-
mulo amplificatorique feliciſſimo,

DOMINO
CHRISTIANO BERN-
HARDI,
JCto Dexterrimo florentiſſimoque
& Aſſeſſori ſuſpiciendo,
DOMINO SVO INDVLGENTI
MAECENATI LITERARVM
MAXIMO,
DOMINIS AC PATRONIS SVMMOPE-
RE OBSERVANDIS
obſeqvii & honoris cauſa
D. L. M. Q.

M. HENRICVS AVGVSTVS
SCHVMACHERVS.

Ma-

Digitized by Google

Agnum omnino & immortale beneficium eſt, quod inclytus Saxonum Heros, Divus MAVRITIVS, ludo noſtro principali qvondam praeſtitit, cujus magnitudinem & praeſtantiam non ſatis mirari poſſunt illi, qui hujus Sereniſſimi Conditoris, & Nutritoris indulgentiſſimi, prudentiam & curam ſecum conſiderant, qvam non minus in aperienda, quam conſervanda, hac Muſarum ſede, declaravit. Exiguus vero hujus divini beneficii exſtitiſſet fructus, niſi fortiſſimus hic Princeps Senatus veſtri graviſſimi conſilio & auctoritate iis temporibus uſus fuiſſet. Cum primum enim illuſtris Praeſes, & Excellentiſſimi Aſſeſſores, Senatus Sacri, Miſenae adhuc conſtituti, Henricus Bunavius, VVehſen-

Digitized by Google

ſteinenſis, itemque, VVenceslaus Neumannus, JCtus celeberrimus, Joannes Rivius, inſtaurator ille bonarum artium in Miſnia, & Laurentius Schraterus, Antiſtes ſacrorum graviſſimus; omnes maximi literarum & Scholarum Statores, perciperent, Principem optimum in animo habere, prudentiſſimorum Virorum, Erneſti Miltizii, & D. Georgii Commerſtadii, ſuaſu, tria ſapientiae & virtutis domicilia in Provinciis ſuis aperire & conſtituere, nihil prius, aut antiqvius, habuerunt omnes, qvam ut Viros & Doctores his ludis eligerent, electos Patriae Patri, MAVRITIO, commendarent, qui juventuti viam ad ſuſcipiendam & ingrediendam rationem bonarum artium, & literarum, pro ea, qua clari erant, doctrina & eruditione, monſtrarent. Atque ut priores duas provinciales Scholas doctiſſimis praeſtantiſſimisque Rectoribus, de voluntate ſereniſſimi Conditoris, regendas commiſerunt, Miſenenſem qvidem Hermanno Vulpio, & poſt hujus mortem, Georgio Fabricio, Viris clariſſimis, Portenſem, Joanni Giganti, erudito ſatis & integro Viro: ita noſtrae Scholae,

lae, ſexannis demum poſt illas duas Anno CIↃ IↃL. conſtitutae, regendae adminiſtrandaeque V. C., Adamum Siberum, praafecerunt, cum neminem fere hoc munere graviſſimo digniorem exiſtimarent. Merita enim hujus praeſtantiſſimi juventutis Doctoris in rem ſcholaſticam maxima in obſcuro latere non poterant, ſed ex multis variisque Miſniae oppidis, Annaeberga, Schneeberga, Freiberga, Chemnicio, ut & Hala Magdeburgica, in quibus juventutem liberalibus artibus antea inſtituerat, tanta famae celebritate in aulam Principis, & Senatus veſtri graviſſimi Conſeſſum, pervolabant. Qva de cauſa non dubitarunt illi Muſarum Praeſides, qui praemia diligentiae, eruditis Viris conſtituta, conſervare, & literarum ſtudia, patriae ornamenta, augere indies laborabant, pro ſua auctoritate, & graviſſimo Conſilio, primam in illuſtri Moldano Rectoris provinciam Sibero committere, qua jam dudum dignus judicatus erat. Cujus qvidem ſapientiſſimi conſilii nunquam maximos hos literarum ſtatores, & venerandos Maecenates, poenitare potuit, cum viderent, atque intelli-

gerent, Adamum omni ſtudio, opera, & labore, per totam vitam, juvenes, in ludo hoc illuſtri curae ſuae concreditos, vera inprimis pietate, bonis artibus, virtutibus, & ſcientiis, imbuere, & quotidie doctiores humanioresque formare. Ex hujus enim ſchola, tanquam ex equo Trojano, multi egrediebantur Viri, egregia doctrinae & eruditionis ſcientia imbuti, qui ad promovendam amplificandamque Patriae ſalutem apti & idonei judicabantur. Neque minus illi, qui hujus fidelis & eruditi Doctoris inſtitutione uſi non erant, ſed ſcripta tantum, & Carmina ejus, in lucem aſpectumque prolata, legerant, una voce & ſententia Roſcium in diſciplina ſcholaſtica, Catullum Chriſtianum, imo ſeculi ſui Ovidium, appellabant, cujus egregriae laudis teſtes ſunt fidei digni rerum geſtarum ſcriptores, qvi haec omnja confirmant. Cum itaque certum ſit, Proceres Ampliſſimi, Adamum Siberum Senatus Veſtri dono ac munere Gymnaſio noſtro illuſtri olim datum conceſſumque eſſe, aequum omnino erit, ut fructus pariter fidelis inſtitutionis celeberrimi hujus Rectoris ad ordi-

dinem Veſtrum Ampliſſimum redeant, quo intelligatis, induſtriae praemia non minus a Majoribus Veſtris, meritorum gloria praeclaris, quam a Vobis omnibus & ſingulis optimis ingeniis tributa, & honorem liberalibus artibus ſervatum eſſe, & noſtris etiam temporibus adhuc, ope Veſtra, tribui & ſervari. Pro qvibus beneficiis maximis nemo ad hunc usque diem dignas Vobis referre gratias potuit, ne ego quidem, qui praeter cæteros Graviſſimi Senatus Veſtri judicio perbenigne ornatus ſemper & adjutus ſum, quod eo majoris aeſtimandum eſſe cenſeo, qvo plura & majora me *Vobis* debere agnoſco, & publica hac praedicatione profiteor. Delata enim a VOBIS publice in Moldano illuſtri docendi bonas artes provincia, in qua pro viribus omnes boni Doctoris partes agere laboravi, haud ſecus me, atque inter Miſnicos natum, libenter ſuſcepiſtis, & ſuſceptum commendatione Polyhiſtoris Celeberrimi, Civis, & Doctoris quondam mei, optatiſſimi, Conradi Samuelis Schurzfleiſchii, benigne foviſtis, & cumulate ornaſtis. Longum eſſet, & VOBIS fortaſſe moleſtum, Patres

Digitized by Google

tres optimi, omnia beneficiorum genera recenſere, quibus ego a Senatu Veſtro Sacro ſum affectus, quae tanta eſſe exiſtimo, ut nullam eorum partem oratione, licet diſerta, aſſequi, nedum eorum inire numerum, aut ullum gratiae pro iis referendae tempus aut locum, reperire queam. Nihilominus tamen ſummi judicii Veſtri, aequitas me dubitantem, & viribus jam diffidentem, erigit & confirmat, quae a gratia & benignitate nunquam disjuncta eſt, & tenues homines, quorum voluntas laudanda, licet vires deſint, unice ſuſtentat. Qvibus rebus permotus, intellexi facile, quibus tandem, ſumma obſervantia, & grati animi nota, inſcriberem atque conſecrarem primi Rectoris noſtri, Adami Siberi, vitam, commentatione hac a me expoſitam. A veſtra certe benignitate ſalus mea, ut dixi, dependet, quae omnino laboris & induſtriae meae fructum a me repetere prope ſuo jure debet. Qvemadmodum vero Anteceſſores Veſtri Excel-

cellentiſſimi Siberum noſtrum eximia benevolentia complexi ſunt, & magna honoris & dignitatis acceſſione tuendum ornandumque ſuſceperunt: Ita demiſſe obſervanterqve a VOBIS Proceres, peto contendoque, ut hunc librum, de vita Adami exponentem, Veſtro patrocinio defendatis, & me pariter, ejus Auctorem, quamvis eruditione, ſcientia, & meritis, non tamen obſervantia in VOS, & fide, Sibero imparem, eodem loco habeatis, & gratia, benignitate & ope Veſtra, complectamini. Ita ſancti cultum obſequii VOBIS in perpetuum perſolvam, & ſummum praepotensque Numen omnibus inpoſterum precibus implorabo, ut VOS, in religionis verae, & bonarum artium praeſidio collocatos, in totius Reipublicae Chriſtianae ſalutem, & ſcholae noſtrae incrementum, ſalvos ſemper & incolumes, florentibus Veſtris illuſtribus familiis, & rebus, conſervet. Id quod, pro ſumma in Vos obſervantia religioſiſſime a DEO immortali precabitur,

Digitized by Google

tur, & VOBIS se clientem, officii & pietatis plenum, nunquam non obstringet

VESTRORVM,

Perillustris Excellentissimique, illustrium, Magnificorum, summe Reverendorum, Amplissimorum, Nobilissimorumque

NOMINVM

Obsequentissimus observantissimusque

Grimmae in illustri propter Moldam ludo cIↃ IↃccxix, X. Calend. Maj.

M. Henricus Augustus Schumacherus.

Prae-

Digitized by Google

Praefatio ad Lectorem.

Laude dignum ſuſceperunt opus Auctores illi, qui illuſtrium patriae noſtrae ſcholarum primordia perquirere, & Praeceptorum, in iis docentium, memoriam poſteritati commendare, & ſuperioribus, & noſtris temporibus, operam dederunt. Quo majora enim & praeſtantiora ſunt beneficia, quae omnes & ſinguli Saxoniae & Miſniae incolae ex his Muſarum ſedibus percipiunt, eo magis etiam praedicandi ornandique ſunt illi Doctores, qui his ſcholis ſe totos conſecrarunt, & fideli inſtitutione juventutem pietate, bonis literis, & artibus, imbuerunt, eo, quod fructus laborum & ſtudiorum ſuorum non in unam civitatem, ſed in omnes provincias, & communem patriae utilitatem, attulerunt. Quodſi igitur, judice Tullio, in Orat. pro Sextio, valere apud nos debet clarorum Virorum, etiam mortuorum, memoria, *aequum omnino eſt, ut eorum praeſertim nomina apud nos conſerventur, & poſteris adimitandum proponantur, qui non ſo-*

commendarint. Quemenim praeterit ille

labor

tur, & VOBIS se clientem, officii & pietatis plenum, nunquam non obstringet

VESTRORVM,

Perillustris Excellentissimique, illustrium, Magnificorum, summe Reverendorum, Amplissimorum, Nobilissimorumque

NOMINVM

Obseqventissimus observantissimusque

Grimmae in illustri propter Moldam ludo cIↃ IↃCCXIX, X. Calend. Maj.

M. Henricus Augustus Schumacherus.

Prae-

Digitized by Google

Praefatio ad Lectorem.

Laude dignum ſuſceperunt opus Auctores illi, qui illuſtrium patriae noſtrae ſcholarum primordia perquirere, & Praeceptorum, in iis docentium, memoriam poſteritati commendare, & ſuperioribus, & noſtris temporibus, operam dederunt. Quo majora enim & praeſtantiora ſunt beneficia, quae omnes & ſinguli Saxoniae & Miſniae incolae ex his Muſarum ſedibus percipiunt, eo magis etiam praedicandi ornandique ſunt illi Doctores, qui his ſcholis ſe totos conſecrarunt, & fideli inſtitutione juventutem pietate, bonis literis, & artibus, imbuerunt, eo, quod fructus laborum & ſtudiorum ſuorum non in unam civitatem, ſed in omnes provincias, & communem patriae utilitatem, attulerunt. Quodſi igitur, judice Tullio, in Orat. pro Sextio, valere apud nos debet clarorum Virorum, etiam mortuorum, memoria, *aequum omnino eſt, ut eorum praeſertim nomina apud nos conſerventur, & poſteris adimitandum proponantur, qui non ſolum vivi adoleſcentes, ex omnibus fere patriae locis ac oppidis ad ſe adductos, eru-*

Digitized by Google

tur, & VOBIS se clientem, officii & pietatis plenum, nunquam non obstringet

VESTRORVM,

Perillustris Excellentissimique, illustrium, Magnificorum, summe Reverendorum, Amplissimorum, Nobilissimorumque

NOMINVM

Obsequentissimus observantissimusque

Grimmae in illustri propter Moldam ludo cIↃ IↃCCXIX, X. Calend. Maj.

M. Henricus Augustus Schumacherus.

Prae-

Digitized by Google

Praefatio ad Lectorem.

Laude dignum ſuſceperunt opus Auctores illi, qui illuſtrium patriae noſtrae ſcholarum primordia perquirere, & Praeceptorum, in iis docentium, memoriam poſteritati commendare, & ſuperioribus, & noſtris temporibus, operam dederunt. Quo majora enim & praeſtantiora ſunt beneficia, quae omnes & ſinguli Saxoniae & Miſniae incolae ex his Muſarum ſedibus percipiunt, eo magis etiam praedicandi ornandique ſunt illi Doctores, qui his ſcholis ſe totos conſecrarunt, & fideli inſtitutione juventutem pietate, bonis literis, & artibus, imbuerunt, eo, quod fructus laborum & ſtudiorum ſuorum non in unam civitatem, ſed in omnes provincias, & communem patriae utilitatem, attulerunt. Quodſi igitur, judice Tullio, in Orat. pro Sextio, valere apud nos debet clarorum Virorum, etiam mortuorum, memoria, *aequum omnino eſt, ut eorum praeſertim nomina apud nos conſerventur, & poſteris admitandum proponantur, qui non ſolum vivi adoleſcentes, ex omnibus fere patriae locis ac oppidis ad ſe adductos, eruditi-*

Digitized by Google

tur, & VOBIS se clientem, officii & pietatis plenum, nunquam non obstringet

VESTRORVM,

Perillustris Excellentissimique, illustrium, Magnificorum, summe Reverendorum, Amplissimorum, Nobilissimorumque

NOMINVM

Obseqventissimus observantissimusque

Grimmae in illustri propter Moldam ludo cIↃ IↃCCXIX, X. Calend. Maj.

M. Henricus Augustus Schumacherus.

Prae-

Digitized by Google

Praefatio ad Lectorem.

Laude dignum ſuſceperunt opus Auctores illi, qui illuſtrium patriae noſtrae ſcholarum primordia perquirere, & Praeceptorum, in iis docentium, memoriam poſteritati commendare, & ſuperioribus, & noſtris temporibus, operam dederunt. Quo majora enim & praeſtantiora ſunt beneficia, quae omnes & ſinguli Saxoniae & Miſniae incolae ex his Muſarum ſedibus percipiunt, eo magis etiam praedicandi ornandique ſunt illi Doctores, qui his ſcholis ſe totos conſecrarunt, & fideli inſtitutione juventutem pietate, bonis literis, & artibus, imbuerunt, eo, quod fructus laborum & ſtudiorum ſuorum non in unam civitatem, ſed in omnes provincias, & communem patriae utilitatem, attulerunt. Quodſi igitur, judice Tullio, in Orat. pro Sextio, valere apud nos debet clarorum Virorum, etiam mortuorum, memoria, *aequum omnino eſt, ut eorum praeſertim nomina apud nos conſerventur, & poſteris adimitandum proponantur, qui non ſolum vivi adoleſcentes, ex omnibus fere patriae locis ac oppidis ad ſe adductos, eru-*

Digitized by Google

tur, & VOBIS se clientem, officii & pietatis plenum, nunquam non obstringet

VESTRORVM,

Perillustris Excellentissimique, illustrium, Magnificorum, summe Reverendorum, Amplissimorum, Nobilissimorumque

NOMINVM

Obseqventissimus observantissimusque

Grimmae in illustri propter Moldam ludo cIↃ IↃCCXIX, X. Calend. Maj.

M. Henricus Augustus Schumacherus.

Prae-

Praefatio ad Lectorem.

Laude dignum ſuſceperunt opus Auctores illi, qui illuſtrium patriae noſtrae ſcholarum primordia perquirere, & Praeceptorum, in iis docentium, memoriam poſteritati commendare, & ſuperioribus, & noſtris temporibus, operam dederunt. Quo majora enim & praeſtantiora ſunt beneficia, quae omnes & ſinguli Saxoniae & Miſniae incolae ex his Muſarum ſedibus percipiunt, eo magis etiam praedicandi ornandique ſunt illi Doctores, qui his ſcholis ſe totos conſecrarunt, & fideli inſtitutione juventutem pietate, bonis literis, & artibus, imbuerunt, eo, quod fructus laborum & ſtudiorum ſuorum non in unam civitatem, ſed in omnes provincias, & communem patriae utilitatem, attulerunt. Quodſi igitur, judice Tullio, in Orat. pro Sextio, valere apud nos debet clarorum Virorum, etiam mortuorum, memoria, *aequum omnino eſt, ut eorum praeſertim nomina apud nos conſerventur, & poſteris adimitandum proponantur, qui non ſolum vivi adoleſcentes, ex omnibus fere patriae locis ac oppidis ad ſe adductos, eru-*

Digitized by Google

diverunt, sed hoc idem etiam post mortem monimentis literarum praestiterunt. Hi profecto sunt illi, qui Sisyphi lapidem continenter volvere, & dies noctesque scholae molestias, in specula constituti, devorare obstricti fuerunt, & docendo erudiendoque juventutem, in spem patriae natam, iis quidem moribus & temporibus, quibus omnium opibus refraenanda & cöercenda est, magnum & praecipuum Patriae munus exhibuerunt. Siquidem ex his florentissimis Reipubl. seminariis, ex his fugientium Musarum asylis, bonarum artium mercaturis, & pietatis officinis, omni tempore oppida suos habuerunt cives, templa suos Sacerdotes & Antistites, Curiae suos Senatores, Praetores, Scribas, & Consules, Academiae & Scholae, suos Professores, Doctores, & Magistros, aulae Principum suos Secretarios, Praefectos, Consiliarios, Cancellarios, Centuriores, & belli Duces, per quos omnes, a Praeceptoribus in his Scholis bene institutos, Salus Ecclesiae & Reipublicae optime augeri, & felicissime conservari potuit. Quae omnia cum pristinis, & nostris quoque temporibus secum, reputarent non nulli eruditorum, sedulo occupati fuerunt, ut viros, de scholis his provincialibus bene meritos, laudarent, & posteris commendarent. Quemenim praeterit ille

labor

labor, quem Justinus Pertuchius in Chronico Portensi suscepit, quo merita Praeceptorum, qui in hoc Gymnasio unquam docuerunt, commemoravit? quod Chronicon a B. M. Jo. Gottlobio Hartmanno, Rectore ejus Gymnasii celeberrimo, auctum quidem, sed nondum in lucem editum esse, scribit Nobilissimus Dominus Joachimus Fridericus Fellerus, in notis ad Birckenii Historiam Heroum Saxon. p. 202. Quis non legit ea, quae Petrus Albinus, & Laurentius Faustus, de Praeceptoribus Scholae illustris Misenensis, consignarunt? Quis denique nostrum ignorat egregium & eruditum illum laborem, quem celeberrimus Dominus M. Jo. David Schreberus, Misenensis Gymnasii quondam Con Rector, nunc Portensis Rector, in cl. V. G. Fabricii, Misenensis ludi Rectoris, vita exponenda demonstravit? Quorum labores mecum considerans miratus sum saepe, neminem adhuc inventum esse, qui merita priorum Praeceptorum Gymn. illustr. Grimens. separatim enarraverit, cum tamen eruditione, fide, & integritate, aliis non inferiores, sed pares omnino fuerint. De primo quidem hujus scholae provincialis Serenissimo Conditore, MAURITIO, ejusque amplificatore, AUGUSTO, multa passim apud

apud rerum Misnicarum scriptores leguntur, quae lectori, rerum gestarum cupido, satis esse possunt. At enim vero de praecipuis ejus Doctoribus, & praesertim de primo Rectore, Adamo Sibero, ejusque ratione instituendi, & meritis in hoc Gymnasium, parum, vel nihil, scriptum inveni. In subsidium quidem vocavi vitarum scriptores, Lotichium, Freherum, Lipenium, Koenigium, Clarmundum, VVagenerum, aliosque, in his tamen obiter & leviter omnia & singula de vitae ratione, & modo docendi clarissimi hujo viri enarrata vidi. Ex Struviana quidem Bibliotheca Histor. constat, Joannem Sthorium (non Schorius dictus est) Gymnasium Grimense An. 1672. Lipsiae in 4. edidisse, sed hunc librum a nepotibus ejus, in pago Schwarzbach natis, ad huc MS. servari, & nunquam lucem aspexisse, amicorum literis certior factus sum. Perspexi quoque ex literis Amicorum & Fautorum Lipsiensium semel iterumque, Amplissimum Dominum Glauburgium, Nobilem Patricium Francofurtanum, multa de Adamo Sibero nostro collecta in publicum proferre in animo habuisse, sed nihil quicquam de iis eruditus orbis hactenus vidit. Promisit etiam jam diu Dominus D. Godofredus Ludovici,

illu-

illustris Casimiriani Coburgi Director & Professor P. vitae Adami Siberi recensionem P. II. Histor. Scholast. p. 57. neque tamen promissis, gravioribus fortasse negotiis impeditus, adhuc dum satis fecit. Ut igitur de Scholae nostrae primordiis, & praecipue de primi Rectoris meritis, erudito orbi satis constaret, quemadmodum de reliquis scholis, & meritis Doctorum, jam constat, accuratam & diligentem vitae ejus expositionem, quantum per muneris rationem licuit, proferre animum induxi, ut praeclaras Siberi virtutes non minus docentes, quam discentes, pernoscerent, & ex iis sibi exemplum in studiorum curriculo capientes ad parem se diligentiam & laborem conformarent. Quae cum saepius mecum considerarem, commotus tandem sum literis & sermonibus quorundam Amicorum, hujus quondam Scholae Alumnorum, qui vel Siberi scripta legerunt, vel ortum ex ejus familia duxerunt, hunc laborem horis, a munere publico vacuis, in me suscipere. Monimenta proinde literaria hujus Viri, quaecunque variis in locis perquirere potui, sedulo evolvi, & epistolas manuscriptas, easque praesertim, quas ad Stephanum Rothium, Cygnearum Syndicum, patronum suum singularem, dedit,

colle-

collegi, inspexi, apposui, ex quibus veram optimi hujus Doctoris indolem, mores, animi vim, & consiliorum rationem perspicere licuit. Praeter has etiam magno mihi usui fuerunt epistolae & praefationes Adami Theodori, filii Adami Siberi, Professoris Eloquentiae in Academia Vitembergensi, itemque Praefationes Jacobi Furmanni, Martini Hayneccii, & Christophori Schellenbergii, quas vel suis, vel Siberi, Praeceptoris & soceri sui, libris praemiserunt. In quibus quidem evolvendis & recensendis nihil mihi quicquam molestum & taediosum fuit. Quoties enim veram Adami pietatem, eruditionem, diligentiam, modestiam, & integritatem intellexi, toties hujus Viri imaginem tacitus mecum veneratus sum, & nil magis optavi, quam ut plures ejusmodi Doctores haberent scholae nostrae, qui eadem pietate & fide juvenes imbuendos curarent. Ut vero benevolus Lector non ignoret, per quos in hoc labore, arduo satis, & ob inopiam monimentorum veterum, difficili, perficiendo profecerim, non possum non breviter nomina eorum recensere, iisque gratias publice agere maximas, qui pro sua humanitate & benevolentia se faciles adjutores mihi praebuerunt, & non tam libros, operi huic

per-

perquam utiles, quam epist. Siberi manu scriptas, transmiserunt, quarum copiam, vel ex sua libraria supellectile, vel ex publico Academiarum & scholarum librorum apparatu, mecum communicarunt. Hi sunt, praeter Collegas meos honoratissimos, sequentes, quos eo ordine, quo literae nominum initiales se excipiunt, hic adduco. D. Ernestus Salomo Cyprianus, sereniſſimo Duci Saxoniae Gothano a Consiliis sacris, & Senatus sacri Assessor. Dn. Joachimus Fridericus Fellerus, Secretarius regiminis Ducalis Vinariensis. Jo. Augustinus Groebelius, Philologiae Studiosus, & S. Theologiae cultor. M. Georgius Samuel Hermannus Mittweidensis. M. Dan. Kieslingius, S. Theol. Candidatus. D. Joan. Burckardus Menckenius, Consiliarius Regius, & Histor. Prof. P. in Academia Lipsiensi. M. Daniel Mullerus, Rector Scholae Chemnicensis. M. Carolus Friedericus Pezoldus, Ordinis Philosophor. in Academia Lipsiensi Assessor, & scholae Senatoriae Thoman. Colleg. III. Conradus Fridericus Reinhardus, J. V. Candidatus, & humanitatis cultor Nobiliſſimus, paternae laudis aemulus. M. Jo. David. Schreberus, Gymnasii illustris Portensis Rector. Henricus Leonardus Schurzfleischius,

Con-

Digitized by Google

Consiliarius sereniss. Ducis Saxo Vinariensis, & Principalis Bibliothecae Director. L. Urb. Godofredus Siberus, Antiquitatum P. P. in Academia Lipsi. & in aede S. Thomae Sacerdos. M. Christian. Frider. Sinnerus, Pastor Weisbacensis. Burcardus Gotthelf. Struvius, Consiliarius, & Histor. P. P. in Acad. Jenensi. M. Romanus Tellerus, Senior, Scholae Wurcensis Rector. Jo. Michael Teutscherus, Philos. & J. U. Studios. in Acad. Lipsiensi. Jo. Ulischius SS. Theol. & Phil. Studios. in Acad. Vitemb. M. Georg. Andr. Vinholdus, scholae Cygn. Rector, cuius etiam imaginem A. Siberi, ex Bibl. publica mecum communicatam, debeo. M. Godof. Wagnerus, scholae Vitemb. Con-Rect. & ordini Philos. in Acad. adscriptis. His adjutoribus confecta est demum vitae Siberianae Hist. quam Tibi, Lector Amice, offero, Teque rogo, ut potius ex judicio veritatis, quam animo invidiae & obtrectationis pleno, de labore meo judices, nec e vestigio contemnas, aut contemnendum clamites, si quaedam fortasse aut omissa, aut ingenio Tuo minus perfecta, polita, & elaborata, visa fuerint. Parum exinde laudis & gloriae reportabis si tu haud aptus & idoneus es meliora & perfectiora cum erudito orbe communicare. GRIMAE III. Cal. Maj.

clolocccxlx. Con-

Conſpectus rerum in Siberi Vita expoſitarum.

I.

Adami Siberi annus & dies natalis, quo etiam Rector ſcholae Prov. Grim. factus. 1

II. Patria ejus Schoenavia inter Cygneam & Schneebergam. 4

III. Parentes habuit honeſtos, Stephanum Siberum, Paſtorem reformatae religionis, & matrem piam & caſtam. 9

VI. Frater Adami fuit Henricus, & ſorores, Apollonia, & Martha. 16

V. Adamus privatim a patre informatus, poſt hac ſcholam Freiberg. & Annaeberg. frequentavit. 22.

VI. In Academiam abiit Vitebergenſem, & poſt ea Lipſienſem, ibique viros praeſtantiſſimos audivit docentes. 33.

VII. Ex Academia ad varia officia ſcholaſtica vocatus. 38

VIII. Freibergae ProRector, & paulo poſt Rector, factus, tandem ab imperitis Senatoribus turbatus diſcedere coactus eſt. 40.

IX. Freiberga Halam Saxonum abiit, unde Chemnicium, & denique Grimam venit. 51.

X. Grimae ſcholam Provincialem regendam ſuſcepit, eique tres Collegae adjuncti. 53

XI. Duplex fuit Adami Connubium, primum, quo Annam Heinemannam, duxit, & hac mortua, relictis duobus filiis, Annam Fusium sibi adjunxit, ex qua undecim liberos vidit. 75.

XII. Virtutes Siberi recensentur, & quidem primo loco pietas in Deum, quam veram servando religionem, Jesum Christum laudando, Scripturam S. aestimando, & scripta Lutheri legendo, serio professus est. 102.

XIII. Praecipue Carminibus Deum O. M. ejusque in se merita decantavit, suosque ad parem pietatem excitavit. 117.

XIV. Cum insigni hac Ad. pietate semper connexa fuit summa industria, quam in munere scholastico per quinquaginta annos sine taedio exhibuit. 121.

XV. Paululum otii a labore publico nactus aut Carmina confecit, aut res naturales, & Coenobii Grim. antiquitates, perveſtigavit. 125.

XVI. Omnes fidelis Doctoris partes diligenter docendo explevit, pro diversitate ingeniorum diversas ingressus instituendi vias 131.

XVII. Reliquae Siberi virtutes tanguntur, nec non statura corporis. 148.

XVIII. Varias calamitates perpessus est Ad. propter pestem Grimae grassantem, funera suorum, inimicorum convitia, & bella funesta. 150.

XIX. Non docendo solum, sed etiam scribendo,

Digitized by Google

& libros edendo, juventuti prodesse laboravit, qui a variis scriptoribus recensentur. 160

XX. Labores Ejus Sacri sunt: Commentarius Scholasticus in Poenitentiam Davidis, & in universum Psalterium; Passionale: Sabbatum puerile: Breviarium Christianum: Pietas puerilis, & Enchiridion pietatis puerilis. 162.

XXI. In usum puerorum conscripsit Gemmam Gemmarum: Margaritam scholasticam: Ludum literarum Chemnicensem, & de Educatione disciplinae puerilis scholasticae. 179.

XXII. In studio poetico, tanquam alter Ovidius, maxime excelluit, edidit duas partes Poematum Sacrorum: Epigrammata: Librum Tumulorum: Sionia: Lacrimas: & Tumulos recentes: Gratulationes: Epithalamia: & duo volumina poematum Jo. Stigelii. 198.

XXIII. Plures libros inchoavit, sed morte impeditus perficere & absolvere eos non potuit, quos filius, Ad. Theodorus, recenset. 213.

XXIV. Majorem nominis famam consecutus Ad. ex ingenti multitudine discipulorum, qui ad ejus scholam confluxerunt, & tandem omnibus doctrinis imbuti ad suos redierunt 219.

XXV. Praecipui saltem, & qui ampliss. honorum & dignitatum gradibus aucti fuerunt, adducuntur, & quidem e Nobilib9, Theol. Jurisconsultis, Medicis, Profess. & qui juventutem in

Digitized by Google

)( )( )( )

VITA ADAMI SIBERI.

I.

DAMUS SIBERUS, primus Scholae provincialis Grimensis Rector, ut ab ortu nascendi, & primis vitae initiis, incipiamus, hanc lucem aspexit Anno recuperatae per Christum salutis MDXVI. VI. Idus Septembris, a) *quo die natali ipse postea in hanc Scholam, Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo felici auspicio institutam, introductus est, & Rectoris provinciam suscepit* b.)

a) Hunc nativitatis annum probat praeci-

Digitized by Google

pue lapidis ſepulcralis inſcriptio, quae in templo Scholae noſtrae provincial. contiguo apparet, & ab uxore, liberis, nepotibus, & generis facta infra producetur. Nec minus ipſe Adamus annum, quo natus, commemorat in epiſtola ad Virum Magnificum D. Andream Mylium, illuſtriſſimi Principis ac Domini, D. Jo. Alberti, Ducis Megalburgenſium Conſiliarium Primarium, ex ludo Provinciali Miſnico Grimenſi Anno 1572. Cal. April. ſcripta, quae annexa eſt Commentario ſcholaſtico in Davidis Poenitentiam p. 299. Nati ſumus uterque, E„go, & Fabricius, (Georgius) anno temporis ulti„mi MDXVI. Expreſſit quoque hunc annum nativitatis ſuae hemiſtichio illo, quod annum continet: nVsqVaM tVta FIDes. Et in Carmine, Manibus G. Fabricii ſcripto, Symbolum illud repetiit, quo Eteoſtichon ſuum notavit ſcribens:

Hunc dedit in lucem Caſcus quod deſpicit amnis
Nobile Lotharii, nomine Chemnicium:
NVsqVaM tVta FIDes, quo tempore Symbolon anni
Ter poſt, Chriſte, ortus ſecula quinque tui.

Teſtatur M. Jacobus Furmannus, gener et ſucceſſor Siberi noſtri, quod hemiſtichion jam adductum annum ejus natalem in ſe contineat, in epiſtola Dedicatoria ad part. III. Margaritae ſcholaſticae Siberi ad alumnos Grimenſis Scholae provincialis. Notavit quoque hunc annum Sibe-

Siberi Josephus a Pinu Auerbachius in Ænigmatibus de annis nativitatis clarorum virorum p. 63. cujus Versus Vitembergae Anno 1565. prodierunt in 8. quos ob prolixitatem nimiam non adducam. Cum his jam dictis facit etiam Elias Reusnerus in Isagoge, & quidem Indice Chronolog. Virorum doctorum Jenae a. 1609. impress. p. 664.

b.) Diem natalem praeter inscriptionem sepulcralem confirmat pariter laudatus M. Jacobus Furmannus dicto loco scribens: Aperta est Schola provincialis Grimensis VI. IDVS„ Septembris, quo die Adamus Siberus introdu-„ ctus, & in officii sui munus cum tribus Col-„ legis, ex quibus duo adhuc superstites sunt, im-„ missus est. Idem dies Adami nostri natalis fuit,„ quo in lucem A. MDXVI. ingressus est. Sic,„ Chronicon MS. Grimense, quod in manibus meis est, confirmat: initium Lectionum publicarum in hac Schola, jam aperta, die octavo Septembris, natali Siberi nostri, a Praeceptoribus factum esse, die decimo quarto vero Septembris, die nimirum Exaltationis Crucis, solenni ritu eam inauguratam & consecratam esse. Exinde etiam factum est, ut schola nostra hoc die Exaltationis Crucis natalem suum singulis annis celebraverit, & adhuc celebret. Non curamus ergo Lotichium, qui in Bibliotheca Poet. P. III. p. 59. existimat: Siberum nostrum An. 1515. natum. Cum quo pari in errore versantur Freherus, in Theatro Viror. eruditor. Bail-

Digitized by Google

Bailletus, in Jugemens des Scavans. Tom. III. p. 342. Ludovicus, in Hiſtoria Scholar. Part. II. p. 66. Quos fortaſſe ſecutus eſt Auctor Lexici Eruditorum, non ita pridem Lipſiae editi, in 8vo. Dn. M. Melzerus in Chronico Schneebergenſi An. pariter 1515. eundem natum eſſe prodit, ſed praeter rei veritatem. De aliis Auctoribus, qui in hac ſententia verſantur, ut brevis ſim, nil dicam. Conſtat itaque Adamum noſtrum nataliſuo felicem fuiſſe, & hanc Rectoris ſpartam in illuſtri Moldano ſuſcepiſſe, quemadmodum multos eruditos viros die natali ampliſſimas dignitates & honores adeptos eſſe, non ignoramus.

II. Ortum hujus SIBERI ſibi vindicet Schoenavia ſ. Schoena, medium locum inter Cygneam & Schneebergam obtinens, pagus quidem natura ſua obſcurus, ſed, nativitate clariſſimi Viri, ſatis celebris a.)

a) Ipſe Adamus Theodorus Siberus, noſtri filius, Collega primum Tertius hujus Gymnaſii, poſtea Profeſſor Eloquent. in Academia Vitembergenſi, in Epiſtola ad Janum Gruterum An. 1615. Cal. Maj. ſcripta, & Epicediis ipſius An. 1618. editis, ſubjuncta, Schoenam Patris ſui patriam eſſe affirmat, inter alia ſic ſcribens: „Primum, quod tu unice requirebas, & ego „curare ac videre mirifice debui, ac volui, de „Rivio in Ciceronem nihil expedire potui, ut „ &

„& Viris celebrioribus. Omnes ignorantur, & „ignorant. Itaque ne de meis quidem aliquid „expiſcari potui, niſi, neſcio quid, perexiguum, „quod ex ſorore natu minima cognovi, quae, „quod diutius circa matrem fuit, & memoria „valet, haec mihi, ſed omnino certa, de paren„te meo, retulit Natum illum patre Stepha„no, Paſtore Reformatae religionis in pago Schoenae prope Zuiccaviam, &c. Quae epiſtola, ut merito Ampliſſimus Dn. Schreberus, Illuſtris Gymnaſii Portenſis Rector meritiſſimus, in Vita G. Fabricii p. 315 exiſtimat, in Διαλεξ. Academic. Filii non reperitur. Sunt mihi multae epiſtolae MSS. Stephani, Patris Adami noſtri, ad Clariſſimum Sephanum Rothium, Senatorem, & primum Scribarum Zuiccavienſis Senatus, ſingularem Patronum Siberianae gentis, Schoenavia miſſae, quae hunc locum patriam Adami eſſe innuunt, praeſertim illa, qvae Fer. II. p. Trinitat. Ann. 1524, eſt data. Item, Ann. 1532. XI. Cal. Octobr. ad eundem ſcripta, quas libens volensque, ne longus videar, omitto. Neque diſſentit ab his M. Tobias Schmidius in Chronico Zvviccavienſi p. 507. ubi inter alia commemorat: M. ADAMUS SIBERUS bürtig aus „der Schoenau, einem Dorff bey Zvvickau, an„itzo unter die Herrſchafft VViesenburg, und „alſo unter Ihro Churfürſtl. Durchl. zu Sach„ſen gehoerig, zuvor aber iſt der Rath zu Zvvi„ckau Lehn- und Gerichts-Herr darüber ge„vveſen, daſs alſo Siberus mit Recht ein Zvvi„ckau-

ckauer kan genennet vverden. Cum quo facit Andreas Mollerus in Theatro Freibergenſi fol. 295. P. I. hanc ſimul obſervationem addens: eum non natum eſſe in pago Schoena prope Freibergam, ſed prope Cygneam, cui, ut citatus Schmidius Chron. Zvvickav. p. 507. affirmat, fides merito habenda eſt, quia Siberus noſter per longum temporis ſpatium Freibergae habitavit, & in ſchola publica docuit, de quo infra dicendum erit. In eadem ſententia eſt I. Joachimus Fellerus, ex familia Siberi oriundus, Profeſſor Poeſ. in Academia Lipſienſi celeberrimus, in libro a. 1686. in 4to edito, de Claris Cygnis; quod Schoena, inter Schneebergam & Cygneam ſita, Adamum protulerit. Proinde Excellentiſſimus Dominus D. Jo. Burcardus Menckenius, fide horum argumentorum ductus in Diſſertatione de Graecarum & Latinar. literarum inſtauratoribus in Miſnia, Lipſ. an. 1701. noſtram de patria Siberi ſententiam amplexus pergit de eo: Rivianae gloriae non infelix aemulus exſtitit Adamus Siberus, magnamque famam, repurgatis paſſim ſcholis, impetravit. Teſtatur hoc Annaeberga & Freiberga, ubi cum Rivio docuit, nec non Chemnicium, & Grima ejus memoriam hodienum celebrat. Comprobat hanc ſententiam calculo ſuo Adami filius, Ad. Theodorus Siberus, Profeſſ. eloq. Vitemb. in ep. ad Gruterum. Ita & Lexicon eruditorum Viror. Lipſiae praeterito anno editum, Schoenaviam Siberi pa-

patriam agnoſcit p. 2102. Clariſſimus Dominus M. Godofredus VVagenerus, amicus meus conjunctiſſimus, in ſerie Collegarum Gymnaſii Freibergenſ. pag. 5. Schoenavia Miſnicum appellat, & videtur Schoenaviam prope Freibergam innuere, quae tamen non eſt Siberi patria, ſed prope Cygneam. Summe Reverendus Dominus D. Goetzius in Elogiis praecocium quorundam eruditorum p. 67. noſtrum pariter in pago, prope Cygneam ſito, Schoena, in lucem editum & ſuſceptum eſſe ſcribit. Quos omnes ſequuntur, Dn. D. Ludovicus in Hiſtor. Scholar. P. II. c. 1. Celeberrimus M. Chriſtianus Fridericus VViliſchius, Director Gymnaſ. Altenburgenſ. in Parte altera Incunabulorum Scholae Annaebergenſ. An. 1714. edit. Pl. Reverendus Dn. M. Chriſtianus Melzerus in Chronico Schneebergenſi p. 356. qui inter alia ſcribit: Eigentlich iſt Er von Schoenau unter VVieſenburg, zvviſchen Schneeberg und Zvviccau gelegen, geburtig gevveſen. Quo certior vero clariorque haec Siberi patria eſt, eo obſcurior olim fuit multis, praeſertim Lotichio in Bibliotheca Poet. Quenſtedio de patriis clar. Virorum, Frehero in Theatro eruditor. Viror, Boeclero in Libro Memorial. de rebus ſeculi p. C. N. XVI. p. 738. Itemque Clarmundo P. VII. vitar. clariſſ. Viror., & Jo. Sebaſt. Mullero in Annalibus Saxon. ad Annum 1550. p. 114. qui omnes & ſinguli, & plures

fortaſſe, neſcio, quo errore ducti, Miſenae natum eſſe Adamum contendunt. Neque illi Auctores mihi probandi videntur, qui Chemnicii Adamum noſtrum natum eſſe ſcribunt, interquos eſt Koenigius in Bibliotheca, poſt hunc Baillet Jugem T. III. p. 342. & Auctores Carminum diverſorum, quae A. 1574. Goerlicii prodierunt, vocarunt noſtrum Chemnicenſem, appoſito ſimul hoc diſticho:

Quod tua non temere committis carmina luci,
Carmina perpetuo docta placere cupis.

Id vero praeſertim miror, quod in Catalogo MS. Rectorum Scholae Provincialis Grimenſis Chemnicenſis quoque Noſter dicatur, nec vera ejus patria appoſita ſit. Ex quo ſatis apparet, quod Adamus ſua manu nomen & patriam huic Catalogo non inſcripſerit, ſed ſucceſſores ejus adjecerint, qui fortaſſe ideo Chemnicenſem vocarunt eum, ſuppreſſo pagi nomine, ut ſaepe iis temporibus factum eſt, quia Chemnicio Grimam venit, cum Anno 1550. in Schola provinciali faſces Rectoratus capeſſeret. Hujus igitur exemplo conſtat, ex caſa quoque virum magnum prodire poſſe, & obſcura loca nativitatem clarorum Virorum ſaepe colluſtraſſe, quemadmodum olim illuſtravit Stagiram Ariſtoteles, Aſcram Heſiodus, Arpinum Cicero, Tuſculum Cato Cenſorinus. Et recentioribus ſeculis multi Theologi, JCti, & Philoſophi, in agris

agris nati, ex tuguriis ſuis prodierunt, magnamque pagis,& nominibus ſuis,famam conciliarunt, de quibus conferatur, M. C. Feuſtelius in Schediaſmate de eruditorum Germanorum vitis ad Virum Magnificum & Maxime Reverendum Dn. Doct. Pippingium p. 29. B.

III. Parentes habuit pietatis laude,& honeſtatis ſtudio, commemorabiles a.), *patrem, Stephanum Siberum, Virum eruditum & probum, quem Adamus Theodorus, nepos hujus, in epiſtola ad Janum Gruterum, Reformatae religionis Paſtorem in pago Schoena nominat* b), *& matrem, quam idem, dicto loco, piam & caſtam appellat, ejus nomen vero non recenſet, neque mihi, ſedulo quamvis inquirenti, perveſtigare licuit* (c). *Qui parentes nihil quicquam in ſe deſiderari paſſi ſunt, quod ad Adamum hunc probe educandum, literisque ornandum, pertineret.*

a) Henricus Pantaleon in Proſopographia Heroum & illuſtrium Virorum totius Germaniae Part. III. p. 548. auctor eſt: honeſtis Siberum parentibus natum, eumque pie educatum eſſe. b) Celeberrimus Dn. M. Vinholdus, Scholae Cygneae Rector meritisſimus, pro ſua, qua pollet, humanitate, literis me certiorem fecit, B. Daumium, Rectorem Scholae ibidem celeberr. in notis quibusdam marginalibus appoſuiſſe:

Digitized by Google

Siberum noſtrum a Stephano genitum eſſe, Paſtore reformatae religionis, in pago Schoena. Si quis vero Hiſtoriarum peritus mihi objiceret: Quomodo Stephanus, in coelibatu Sacerdotali apud Pontificios adhuc degens, potuit An. 1516. genuiſſe filium, eumque ex legitimo matrimonio, praeſertim cum Lutherus An. 1517. demum religionis emendationem ſuſceperit? Huic quid reſpondeam, certum eſt. Stephanus quidem Siberus, ut tum tempora erant, Pontificiorum doctrinae addictus fuit; ſed fortaſſe ante tempora emendatae per Lutherum doctrinae in nullo officio Sacerdotali publico conſtitutus. Nam cum ſub initium emendatae per Lutherum religionis deeſſent Studioſi Theologiae, & Candidati munerum Sacrorum, ejusmodi ſaepe Viros muneribus ſacris ex defectu Theologorum, praeficiebant, qui apti erant prima doctrinae Chriſtianae capita populo proponere & inſtillare, ſive Cives juniores, ſive ſcribae, ſive alius conditionis, & ſcientiae, fuerint homines. Ex quorum numero ſine dubio hic Stephanus fuit, de quo ea de cauſa Auctor Chronici Schneebergenſ. P. II. p. 1230. ſcribit, quod cum Chriſtophoro Mülfero, Diacono hujus civitatis, uno tempore uxorem duxerit (quam poſtea ſacro admotus officio non repudiavit) & ex ea Adamum ſuſceperit. De eruditione Stephani Siberi ut alias conſtat, ita praeſertim ex epiſtolis MSt. ad Stephanum Rothium & quidem ex ea, quae Feria II. p. Trinitatis a. 1524.

Digitized by Google

1524. Schoenavia est transmissa, quae sic habet: „Salutem & observantiam. Mitto tibi, Carissime Stephane, Jobum & Lucam tuum, gratias, „non, quas debeo, sed, quas possum, agens. Ne „aegre feras, quod tam diu eos apud me detinui. Desidia mea non solum in causa fuit, sed „variis fui impeditus negotiis & curis. Si iis, quae „super Esaiam ap. vestros lecta sunt, carere potes, rogo, mecum communices. Visitassem te „immediate post octavas corporis Christi, ni praestolarer omni hora, quando mihi dies ratione „decimationis dicitur. Quantocyus ea fuerit dissecta, habebis me Vitembergae. Interim una „cum uxore tua suavissima vale, eamque nomine meo salvere jube plurimum. Omnes, „qui te norunt, recreantur, Superos tuo favere „matrimonio. Iterum vale, & me, ut soles, ama. Haec Epistola quoque in Chronico Schneebergensi renovato c. l. p. 1230. legitur, quibusdam tn. verbis mutatis. Ad eundem Rothium dedit Stephanus Siberus epistolam, quam MSt. possideo, quae Schoenaviae XI. Kal. Octobr. An. „1523. data, haec est; Clementem, quem a Te commodato acceperam, Stephane humanissime, „remitto, agoque tibi gratias, quod illo, mihi „mutuo dato, tam diu carueris. Peto autem „abs Te majorem in modum, ut Egesippum, si „eo carere possis, mihi des commodato. Tibi „enim illum, simul atque perlegero, continuo remittam. Vale. Nec minus sequens epistola a cl. V. Domino M. Vinholdo mecum communicate

cata, de Stephani doctrina teſtabitur: Sacrarum literarum vigilantiſsimo indagatori, humano ac integro viro, M. Stephano Roth, fratri ſuo in Chriſto cariſsimo. Salutem & obſervantiam. Satis chriſtiano ac pio hortaris animo, Stephane, in Chriſto cariſsime frater, me coeleſtis Patris ſaluberrimam diſciplinam patienter ferre. Obtemperarem monitis tuis, ni mea patientia aliis in damnum cederet. Non minus enim me movet: Nemini noceas, quam cum nullo contendas. Et ut rem paucis habeas, aut parochiam meam relinquere cogor, aut coram prophanis magiſtratibus contendere, non ſolum cum ruſticis vario dominio ſubjectis, imo cum Georgio de Uttenhofen, vulgo auf der Silberſtraſſen, qui ad duos annos obligatam decimam mihi denegat, & propter ſimultatem, quam cum Patrono meo habet, ſe cum omni domo ſua e parochia noſtra ſegregare proponit. Quam aptus ſim rem litigioſam agere, cui & conſilium & opes deſunt, tu optime noſti. Communicavi Cygneo Epiſcopo, aliisque quam plurimis, conſilia mea; ſed nullus animum pacificat meum. Tu igitur, ſi quid conſilii habes, reſcribe, & ne inſidioſas hominum machinationes timeam, Chriſtum pro me ora, cui te tuaque omnia commendo. Martini Lutheri formula Miſſae & communicandi ratio quantum arrideat mihi, non ſatis explicare poſſum. Utinam ſub Magiſtratu, cui talia conſimilesque Evangelicae pietatis ordinationes placerent, habitarem. Vale. Tota domus

mea

Digitized by Google

mea una cum Martino, & uxore ſua, te ſummo cum deſiderio expectare ac plurimum ſalvere jubet. Datum die Innocentum infantum anno Chriſti An. 1524. Stephanus Sieber. Fuit hic Rothius ſingularis gentis Siberianae Patronus, quod Adamus in Carmine MSto ad Rothium laudat, praedicando beneficia, quae patri Stephano tributa ſunt, ſcribens inter alia:

Namque tot egregiis cum meque meosque parentes
Affectos meritis feceris eſſe tuos.

Reformatae vero religionis Paſtor vel ideo dicitur Stephanus, quia primus fuit, qui doctrinam veram per Doct. Martinum Lutherum reformatam & reſtauratam, Schoenavienſibus expoſuit. Omnes enim, qui ante annum trigeſimum hujus ſeculi emendatae per Lutherum religioni dediti erant, reformatae religionis ſocii dicebantur. Neque tamen eo tempore Zvvingliani hoc nomine inſigniti fuerunt, quod Hiſtoriae Eccleſiaſticae peritis ſatis conſtat. Melzerus laudatus exiſtimat in Chronico Schneeberg. p. 1230. Stephanum hunc Siberum An. 1524. Evangelicam & reformatam religionem amplexum eſſe. Sed multo citius a Stephano factum eſſe, quisque facile videt. Floruit ea aetate invicinia Schoenaviae, (quod de familia Stephani obſervandum eſſe duco) in Metropoli Zvviccavienſi civis aliquis, rythmo patrio validus, cui nomen fuit *Benedictus Edelbeck*

Sibe-

Digitized by Google

Siberus, cujus mentionem facit Morhofius in libro de Poesi Germanica pag. 317. dequo ob locorum propinquitatem & vicinitatem conjicimus, cum Stephano Sibero cognatione conjunctum fuisse. Nulla vero affinitate cum his Schoenavienſibus & Zwiccavienſibus Siberis conjunctus fuit *Juſtus Siberus*, Eimbecenſis, Scandaviæ, in Miſnia Paſtor, ut Dn. D. Albertus, Theologus Lipſienſis, & C. S. Schurzfleiſchius, Polyhiſtor Celeberrimus, & Praeceptor quondam meus omni pietatis cultu venerandus, in Allocutionibus Conſolatoriis p. 176. in Epicediis, Juſto Sibero ſcriptis, exiſtimarunt. Juſtus enim ex Ducatu Grubenhagienſi, inferioris Saxoniae, prope Eimbecam, ortum ſuum ducit. Eſt enim rivulus Siber prope urbem, ad quem hujus majores ſua praedia habuerunt, inde ab Eimbecenſibus in civitatem recepti magiſtratus geſſere, Joannes nimirum & Caſpar. Atque ſic certum eſt: nec Juſti filios cum Sibero noſtro conjunctos eſſe, qui adhuc eruditione omniumque rerum ſcientia praeſtantiſſimi florent, nempe M. *Chriſtophorus Andreas Siberus*, Scholae noſtrae provincialis primum Rector, poſtea Sacerdos Hohenſteinienſis, & demum ſacrorum Tenſtadenſium Antiſtes, & *Urbanus Godofredus Siberus*, S. Theolog. Licentiatus, civitatis Lipſienſis in aede S. Thomae Sacerdos, & in Academia ibidem Antiquitatum Profeſſor celeberrimus, ex cujus literis, humaniſ-

manisſime ad me ſcriptis, haec, quae ſcripſi, excerpere laboravi. Superſtes quoque eſt filius Juſti Siberi, Paſtor Eccleſiae Grünhanienſis, M. Jo. Caſpar, ſatis clarus. Neque invenio ſplendidiſſimam Siberorum familiam Lipſiae olim, & adhuc, florentem, cum his Schoenavienſibus conjunctam eſſe, qui vel Conſules, vel Scabini, vel Aediles, fuerunt, ut: *Joannes Georgius Siberus*, praepoſitus templi S. Nicolai, *Joannes Siberus*, quem Elector Saxon. Sereniſſimus Curſuum publicorum Magiſtrum Lipſiae, ob virtutes egregias, declaravit, *Andreas Siberus*, Conſul & Scabinus Lipſienſis, filius ejus, *Vitus Siberus*, Scabinus, Senator, ac Aedilis Lipſiae. Confer. Curriculum vitae *Jo. Georgii Siberi* in Concione funebri a ſumme Reverendo Dn. D. J. B. Carpzovio habita. Nec affirmare poſſum, an Auguſtus Fridericus Siberus, Dobriluccenſis Luſatus, cum Stephano affinitate conjunctus ſit, de quo Clariſſ. Dn. M. Daniel Müllerus in Programmate an. 1715. Chemnicii ſcripto, diſſerit. c.) De matre id tantum ex Epiſtola Ad. Theodori ad Janum Gruterum conſtat, quod dixi, cui addit: ſororem natu minimam circa eam diutius fuiſſe, & ex ea de familia Siberorum omnia percepiſſe. Nomen vero hujus uxoris Stephani, matris Adami noſtri, nullibi invenire potui, neque ex inſcriptionibus ſepulcralibus Schoenavienſium conſtat, in quibus nulla fere veſtigia hujus nominis

Digitized by Google

nis, imo ne quidem in albo Ecclesiastico, apparere dicuntur. Satis igitur nobis erit, honestam, piam, & castam fuisse, & multa ad educationem Adami nostri contulisse, licet ejus nomen in obscuro lateat.

IV. Fratrem ex iisdem parentibus procreatum nactus est ADAMUS Henricum, qui ut in primis pueritiae annis a Patre honeste educatus, & literis imbutus est: ita etiam orbi literato ornamentum, & Adamo nostro gaudium, praebuit. Ioanni Sturmio, Germaniae Ciceroni, Henricus hic Vir multae lectionis, magnae doctrinae, firmaeque fidei, & diligentiae, dicitur a), *qui per totam vitam a disciplina & institutione fuit partim Nobilium Ebelebiorum, partim Comitum Mansfeldensium, Philippi, Ernesti, & Brunonis, cum quibus Belgium, Galliam, atque Italiam, perlustravit* b), *partim Principum ac Ducum, Ioannis Megapolitani, & Friderici Wilhelmi, Pro-Electoris Saxoniae* c). *Praeter hunc fratrem duas pariter sorores ex iisdem parentibus vidit, Apolloniam, Martham, de quibus in epistolis MSc. ad Stephanum Rothium mentionem facit.*

a.) Plures Adamum nostrum habuisse fratres, praeter nominatum Henricum, nullibi inve-

invenio. Hunc in deliciis habuit, eo quod literis & virtutibus egregie ornatus fuit. Qua ex causa commotus Joannes Sturmius, Orator Argentoratensis, & Germaniae Cicero, egregio testimonio laudes Henrici, Argentorati eo tempore degentis, mactavit, quod legitur Ad Theod. Vol. I. Διαλεξ Academ. & quidem institutione Epistolica & Elocutoria p. 73. & sic habet: Henricus Siberus, Comitum Mansfeldensium, Philippi, Ernesti, Brunonis, praeceptor, annum apud nos Argentinae fuit. Vir multae lectionis, firmae memoriae, magnae doctrinae, summae fidei atque diligentiae; cujus discipuli, quos nominavi, quatuor ejus aetatis Virtutibus praediti erant, temperantia, verecundia, observantia, bonitate, digni tali praeceptore, & dignus praeceptor talibus discipulis, & tam nobili antiqua domo digni liberi. Habuerunt etiam moderatorem alterum, domestica disciplinae praefectum, Uttenhofium, Virum egregia ornatum doctrina, & amabili severitate excultum, cum magna gravitate atque constantia, ut non videam, quid Mansfeldensium familiae desit, ad horum, quos nominavi, trium filiorum disciplinam. Quamobrem istud, quod do testimonium, non testimonium, sed laudationem, esse volo earum, quae in singulis sunt, virtutum. Datum Argentorati d. 17. Septemb. anno 1558.

b) Quod ab institutione fuerit Henricus Nobilium Ebelebiorum auctor est Adamus Theo-

Digitized by Google

dorus Siberus in Epistola ad Janum Gruterum scripta, de qua jam supra dictum. Qui Ebelebii singulares gentis Siberianae Patroni fuerunt, de quibus plura audiemus in recensione Patronorum Adami nostri. Perlustravit pariter Henricus cum Comitibus Mansfeldensibus, quibus a literis, & institutione erat, Belgium, Galliam, atque Italiam, cujus rei gratia, Adamus Carmine ei apprecatus est felicem abitum & reditum cum Comitibus suis, & prudenter admodum ei praescripsit, quas urbes perlustrare, quos eruditos Viros invisere, & quos ritus, consuetudines, & antiquitates, observare debeat, uti legitur Libr. II. Aeolostich. p. 423.

Ibitis aerias, & eatis, ut opto, per Alpes
Italiam, Frater, Tu, Comitesque Tui.
Sunt Antenoreae quaque urbis moenia, Musis
Et dabitis studiis tempora certa bonis.
Inde per & celeres huc & properabitis illuc,
Oppida Saturni conspicienda soli.
Vt mores hominum varias discatis, Vlysses
Notitia nomen qua Sapientis habet.

Et pag. 427.

Ausonio vivus quo veneris orbe reversus,
Te nobis salvum rettuleritque Deus.
Vt quibus aut thyrsi dextras, de fronde Coronae,
Aut lauri doctas impediere comas.
Tempora, & illorum mores, monimenta, sepulchra,

Dicta

Dictaque cum factis, commemorare queas,
Interea sana valeas cum corpore mente,
Teque mihi carum, quod facis, esse puta.

Cum Comitibus Mansfeldicis feliciter Henricum ex Gallia rediisse scribit Christophorus Schellenbergius, gener Adami Siberi, in epistola ad Jo. Teicherum, quam venerandus Dominus D. Jo. Godofredus Olearius scrutinio suo antiquario pag. 145. inseruit, quae haec est: Reverendo Viro doctrina & pietate singulari ornato, Jo. Teichero, Ecclesiae Freibergensis Ministro, Amico veteri & colendo S. P. D. Christophorus Schellenbergius: De me brevissime haec: Bene, Dei gratia, valeo cum mea uxore, tua Cive. Habeo filiorum Πρωτότοκον, patris nomine dictum. Haberem plures, nisi partus fuissent infelices. Ago Deo gratias, & praesentem rerum mearum statum aequi bonique facio. Tibi ut omnia sint felicia, opto. Siberus, Socer meus, Te salutat, cujus frater Henricus nuper ex Galliis cum suis Comitibus Mansfeldicis reversus est, cujus mentionem Tibi, communi amico nostro, non puto esse ingratam. Vale, rescribe omnino. Grimae V. Jul. die Ecclipseos.

c) Dedit Adamus epistolam ad virum Magnificum D. Andream Mylium, Illustrissimi Principis ac Domini D. Jo. Alberti, Ducis Megalburg. &c. Consiliarium primarium, in qua Henricum fratrem suum, eidem commendat, qui iis temporibus, Duci Joanni Megalburgico, filio e-

„jus aliterarum ſtudiis erat: Bene ac feliciter va-
„le, ac Henricum, fratrem meum, tibi commen-
„datum habe, quem quidem ſi, quod facturum
„certo mihi perſuaſi, ea inductione animi bene-
„volentia que complexus fueris, ut nec loci il-
„lum, nec conditionis mutatae, poenitere poſſit
„plurimum me Tibi fatebor debere, non ſolum
„libenter, ſed etiam ſemper. Ex ludo provin-
„ciali Miſnico Grimenſi Cal. Aug. MDLXXII.

Praedicat etiam merita hujus Mylii in ſe, & praeſertim fratrem ſuum, Henricum, collata, cum ab inſtitutione Principis hujus eſſet, Lib. I. Aeoloſt. p. 389.

Hoc mihi quae fratrique meo donata favore
Principe declarant munera digna tuo,
Officio pro quo ne non memorique piaque
Me Tibi quis gratum mente fuiſſe ferat?

Ab inſtitutione Frideri VVilhelmi, Pro-Electoris Saxoniae, quoque fuit Henricus Siberus, prout ex epiſtola Ad. Theodori Siberi ad Janum Gruterum, ſupra citata, conſtat. Egregium vero poetam & Adamo, fratri, fere ſimilem, fuiſſe exinde patet, quia leguntur Pſalmi, nempe LI. & CXVIII. interprete Henrico, verſibus redditi in Commentariolo Scholaſtico Adami pag. 311. & 312 Ab hoc tamen ſtudio Poetico obconatemtum & paupertatem dehortari ſtuduit fratrem Henricum Noſter Libr. III. Epigrimm. p. 571. his verſibus.

At

At nunc ut ſuperes ipſum quoque voce Maronem,
Munera nulla feres, commoda nulla feres.
Spernuntur Muſae, vates ridentur, inertis
Ingenii carmen dicitur eſſe labor.

Manibus hujus Henrici, patrui ſui, Carmen conſecravit elegantiſſimum Adamus Theodor. Siberus, quod in ejus Epigrammatibus Vol. I. Διαλεξ. Academ. p. 401. legitur, quo merita ejus ſibi praeſtita collaudat his verbis:

Henrici patrui beatiores
Bis terque quaterque avete manes,
Vos ego mihi poſt Deum, & parentes,
Et *Rivii* bona poſt diſertioris,
Rivii, maximi & optimi magiſtri,
Sancti Numinis inſtar arctiore
Usque amplectar amore, & usque honore,
Tanta promeriti benignitate
De me, de ſtudiis meis fuiſtis.
Vobis, quicquid id eſt, quod expolitis
Supra vulgus iners ſapit Camoenis
Profectus meus, artibus que, totum
Acceptum fero ſemper, ac libenter,
At vos interea beatiores
Bisque terque quaterque avete manes.

d) De Sorore Apollonia, mortua, mentionem facit in epiſtola ad Stephanum Rothium MSC. Anno 1538. Freibergae data: Renunciavit mihi, cum me nuper hic conveniſſet, D. „ VVolfgangi Crauſii frater, qui VVerdae habi-„

Digitized by Google

„tat, cupere Balthasarum, ut ad vos veniam, quo „reliquum quod est, demortuae sororis meae „Apolloniae bonorum, inter nos dividatur. „Quanquam autem, quid fieri placeret, nuper „quoque ad te perscripserim, rogo tamen, mo„do tibi quoque ita videatur, des operam, ut, „cum commodum existimabis, mos illi geratur, „idque ea ratione, ne postmodo ullam nobis mo„lestiam facessere possit. De Martha, Sorore, „pariter in epistol. ad Stephanum Rothium Frei„bergae XI. Septembr. A. 1541. Quod nuper „ad te scribebam, mi Stephane optatissime, me „missurum sub hoc tempus fratrem meum istuc, „ut adducat ad nos sororem meam, Martham, „qua in ancillulae loco uterer, id nunc facio, & „a Te peto, ut ipse quoque demandes Barbarae, „cognatae, ut eam a se dimittat, ita, ut bona, quae „habet, puella, excepta pecuniae summa, quae „remaneat marito Evae, ad me quam primum „transvehantur. Brevior sum propter multas „occupationes. Quare ignosce. Cetera ex „fratre cognosces. Si tamen brevissime & a me „quaedam scribi vis, scito, mihi ad X. diem Se„ptembr. filiam esse natam, incolumi matre. „Bene vale.

V. Cum prima & praecipua parentum cura in Adamo hoc, optime educando, defixa esset, Stephanus, Pater, primos pueritiae annos pietate, literis, bonisque moribus, privatim, intra parietes domesti-

cos

cos, imbuit a.) *imbutum his postea clarissimo viro, Joanni Rivio, Cygneae in Schola publica, post Georgii Agricolae, Extraordinarii in Schola Graeca, discessum, iis temporibus docenti, commisit* b.) *ut ejus doctrina & institutione uteretur, cujus benevolentiam Siberus venusto suo ingenio sibi conciliavit, eumque tam constanti amore complexus est, ut carum & fidelem suum Praeceptorem, Cygnea Annaebergam discedentem, mox secutus sit, & non facile ab ejus ore & latere recesserit* c.) *Rivii quoque socium eo simul tempore Annaebergae, privatim quidem, audivit Noster, Matthiam Marcum Dabercusium, qui in instituendis fidei suae commissis discipulis magnam semper operam navavit d.)*

a) Henricus Pantaleon in Prosopographia Her. & Illustr. Virorum P. III. p. 548. a patre pie educatum esse Adamum, ab eoque prima literarum rudimenta percepisse, affirmat. b) Quomodo factum, ut Jo. Rivius, Atthendorii, in VVestphaliae oppido, natus, Zwiccavienſi Scholae admotus sit, Georgius Fabricius in vita Rivii, quam grato suum in Praeceptorem animo exposuit, commemorat, quam celeberrimus Dominus M. Christ. Frid. VVilischius, Scholae quondam Annaebergenſis, nunc vero Gymnasii Altenb.

tenburg. Director, in Incunabulis schol. Annaeberg. p. 41. adducit, ex qua potiora apponam: Contulerat se Rivius studiorum causa in Misniam, cum Academiam Lipsiensem nobilitassent Richardus Crocus, Georgius Aubanus, Petrus Mosellanus, Vitus Verlerus, Viri praeclare docti, & linguis, eruditione, & eloquentia, exculti, qui tamen successu temporis vita omnes excessserant. In Rivio vero cum esset magnum ingenium, statim eo veniens in Virorum doctissimorum notitiam venit, Casparis Borneri, Andreae Camiciani, & Jo. VVeissenstadiensis. Eo tempore forte Senatus Zwiccavienſis per Hermannum Mulpfortum, Virum consularem, conquirebat Magistrum idoneum suo ludo, in quo Ebraeae, Graecae, & Latinae literae docebantur. Ereptus nuper e vivis erat Erasmus Stella, Consul, cujus de succino & gemmis libri editi erant, erat quippe Philosophiae & antiquitatis indagator sedulus, qui in ludo illo erigendo bonam Civibus operam navaverat. Ibidem quoque docuerat Georgius Agricola, qui se jam contulerat in Italiam, ut Philosophos & Medicos audiret. Ludi autem administratio post Agricolae discessum, (qui fuit extraordinarius in schola Graeca, Lingua enim Graeca, ut Schmidius in Chronico ait p. 492. antea Cygneae non docta fuit, sed tempore Stephani Rothii, Rectoris, nova schola Graeca instituta est, in quam Agricola deductus vid. Dn. D. Ludovici P. III. Hist. schol. p. 149. quae cum Latina postea conjuncta est) commis-

sa

ſa fuerat Leonardo Natero (Hocloco Fabricium errare Dominus VViliſchius putat, & Naterum poſt Stephanum Rothium Rectorem factum & hunc M. Jo. Neandrum, Neandrum vero Agricolam, & eum tandem Rivium ſecutum eſſe, auctoritate Chronici Zvviccavienſ. Tob. Schmidii p. 415. probat) Munus ergo docendi in Schola hac cum ad Rivium delatum eſſet, Bornero ſuaſore id ſuſcepit, & Poetas inprimis Latinos interpretatus eſt. Declarat hoc praeter Fabricium D. Schneidevvein Profeſſor Juris in Academia VVitembergenſi, quod Rivius publice Cygneae docuerit, in Programmate Academico Anno 1564. ſcripto, his verbis: Multis jam annis luculentum hoſpitium Muſis praebet Cygnea, ut illa olorum Inſignis hujus uſurpatio,, bene ceciderit: nam has aves Apollini ſacravit,, antiquitas, cujus ludus literarius inter ceteras,, in his terris antiquiſſimam celebritatem habet,, & a diſcendi commodis, & a diſciplinae ſanctimonia, & ſeveritate, in qua multi doctiſſimi,, Viri operam navarunt, & docuerunt in ea Ge.,, org. Agricola, & Joannes Rivius, Viri Clariſſimi vid. Tom. IV. Scriptorum p. p. in Academia VVitemberg. M. Tobias Schmidius vero in Chronico Cygn. p. 407. affirmat, quod Adamus aliquamdiu Zvviccaviae ſcholam frequentaverit. Atque hoc tempore Rivii factum eſſe, ex temporum, & aetatis ratione merito colligimus. Beatus vero Deumius dubitavit: Siberum Cygneae frequentaſſe, quemadmodum ex Schedis ejus

Digitized by Google

poſt obitum relictis me certiorem fecit celeberrimus Dominus M. Vinholdus, qui tamen ſimul haec addens ad me ſcribit: quodſi frequenta„vit, fortaſſe temporibus Jo. Rivii factum eſſe „credibile videtur, quod ex Hiſtoria temporum „illorum, & ſtatus Rivii, certum eſt. c.) Cygnea abiit Rivius Annaebergam, ibique pariter ludum aperuit, ac caſtigationes ex Terentio edidit. Quem ſecutus eſt inter alios diſcipulos Adamus Annaebergam, ibidemque G. Fabrium deprehendit, qui hujus Rivii quoque inſtitutione ibi uſus eſt, ſicut in vita Praeceptoris ſui ſcribit: Rivii in hac urbe Annaebergae, magna „fuit induſtria, & ſedulitas, magnaque tolerantia laborum, & magnum ſuſtinuit contemtum adverſariorum, cujus ipſe teſtis eſſe poſſum „& mecum Viri eruditiſſimi, Adamus Siberus, „& Jobus Magdeburgus, aliique, qui eodem tempore ejus diſciplina atque etiam multis magnisque beneficiis uſi ſumus. Conf. Excellentiſſ. Menckenii Diſſertat. de Liter. Graecar. & Latin. inſtauratoribus in Miſnia a. 1701. Lipſiae habitam, & Domini VViliſchii Part. II. Incunabulorum Scholae Annaeberg. Itemque Jeniſii Chronicon Annaebergenſe P.I. p. 63. Non poteſt etiam Adamus, quin amicitiam a condiſcipulatu Annaebergenſi cum G. Fabricio factam laudibus evehat in Carmine Manibus G. Fabricii ſcripto:

Non ego falſa loquor: Puer ipſe *SIBERUS ADAMUS*

Pri-

Primo aevo puero junctus amicitia, &c.

Idemquoque in Carmine Libr. 2. Tumulor. in Commentar. in Pſalm David. p. 303. ſcribit; ſe Rivium Annaebergae docentem audiviſſe;

Rivius erudiens pueriles tradidit artes
Doctaque Matthiae cura Dabercuſii.
Urbs aviae Chriſti, quae nomine clara metallis
Pelorus & celſum tollit ad aſtra caput,
Dulce ſolum, tellus Muſae incunabula noſtrae,
Auſim quam patriae propoſuiſſe meae.
Illa dedit vitam, tu, quam dedit, inſtruis illo,
In terris ſine quo vita decore quid eſt?

Vita hujus Rivii cum plena integritate, ſobrietate, continentiaque eſſet, adeo, ut non ſolum is praecepta pietatis & honeſtatis traderet, verum etiam exempla in moribus ſuis & actionibus multarum virtutum praeberet, & oſtenderet, arctiſſimo amoris vinculo eum complexus eſt Siberus, eumque Patris loco ſemper habuit, & ſecundum adhortationes ejus ſtudia ſua inſtituit, ut Libr. I. Aeoloſt. p. 392. confitetur.

Me Rivi ſacris juvat invigilare Camoenis
Sanctaque Jeſſaeae fila movere lyrae.
Hoc fedet ex illo ſtudium mihi tempore, caſtas
Quo Puer ad Muſas auſus adire fui,
Admovi fontique tuis hortatibus ora
Bellerophontaei, quem facit humor, equi.

In Tumulum hujus Praeceptoris optime de ſe meri-

meriti conscripsit Carmen noster, quod legitur Libr. Tumulor. p. 541. in Poematibus, quod ob nimiam prolixitatem nolo hic adducere. Filius quoque Adami, Adamus Theodorus Siberus, Rivii hujus institutionem laudat, qua ipse pariter usus fuerat Vol. I. Διαλεξ Academ. p. 221. Jo„annes Rivius, omnium, quos ego in vita vidi, „doctissimus atque eloquentissimus fuit, qui „tanquam alter Periles, idque mirum quod „sit, & incredibile, in dictione potissimum, „qua plurimum poterat, extemporali sessi„tantem & ipse haberet suadam illam, O„rationis inauditae ac stupendae vim sunditantem. In Programmate funebri hujus Ad. Th. Siberi, quod Academiae Vitemberg. Rector, Comes Emericus Thurso an. 1616 fecit, commemoratur, quod Georgius Fabricius, atque Siberus noster, Auditores fuerint Ioannis Rivii, Atthendorienſis, Viri doctissimi, & multis editis scriptis clari, & quod hic postea Augusti, Ducis & Electoris Saxoniae, Praeceptor fuerit. conf. summe Rever. Dn. D. Goetzii Elogia praecoc. ingen. p. 65. Magna igitur hujus Rivii merita fuerunt, quae Chytraeus in Chron. Saxon. p. 91. merito effert, & probat, quod VVestphalis eruditus orbis multa debeat. Legatur & Hamelmannus Lib. 3. de Viris in VVestphalia illustribus p. 175. oper. de quibus quoque agit Burckardus in Libro de fatis L.L. in German. C. V. p. 373. ubi principem inter omnes VVestphalos facit Rivium, quo nomine & Melchior Adamu

mus in vitis Philosophorum eum praedicat. Excellentissimus Dnus. C.S. Schurtzfleischius, Praeceptor quondam meus omni pietatis cultu prosequendus, in Dissertatione de capitibus quibusdam Histor. Saxon. ad Henricum a Frisen, confirmat: Joannem Rivium, ex disciplina Rudolphi Langii in Misniam profectum, magnam ei provinciae laudem, editis possim repurgatisque scriptoribus, conciliasse lit. D. d.) Ex incunabulis Scholae Annaeberg. Celeberr. Da. VVilischii liquido non apparet, an Matthias Marcus Dabercusius inter Collegas ejus Scholae publicos referendus sit. Hoc ex ipsis etiam Jenisii verbis in Chronico Annaeb. adhuc incertum est, sic scribentis: Dabercusium ex inferiore„ Germania adductum secum familiarem habuit„ Jo. Rivius, qui Graecam Linguam, adjuncto„ Auctore aliquo, inprimis Homero, certis horis docuit. Nec inter Collegas Scholae numeratus est, quodjussu Rivii doceret, & quidem" gratis, quemadmodum & quosdam discipulo-" rum, alios docendo, se exercere volebat, &" diligentiae Exemplum esse ceteris confer." Ludovici P. V. Histor. Scholar. 145. Idem fere in Epistola ad D. Andream Mylium Illustriss. Principis ac Ducis Megalburg. D. Jo. Alberti innuere videtur noster. A. 1572. Kl. April scripta, quod Annaebergae privatim docuerit: Amissimus, Andrea Myli, octo mensium spatio duos praestantes erudiendae pueritiae artifices„ nos in Hermunduria hic Georgium Fabricium,

Che-

„Chemnicenſem, vos ad Arcton iſthic, Matth. „Marcum Dabercuſium. Fabricius condiſci„pulus noſter fuerat, Matthias, cum ſuo nutri„cio, Jo. Rivio, operam ſuam in inſtituendis di„ſcipulis domeſticis praeberet. Annaebergae „praeceptor, qui quidem major ſexagenario vi„tam miſeram hanc & mortalem cum beata & „ſempiterna commutavit. In hac quoque epiſtola Dabercuſium laudat, quod fuerit liberorum doctor ſanctus, eruditus, & ſedulus. Secutus eſt Dabercuſius Rivium in alias quoque urbes, cum huic muneri ſcholaſtico Annaebergae non amplius praeeſſe cuperet. Moleſti enim Rivio praecipue fuerunt ſacrificuli, qui calumnias in aulam deferentes Georgio eum Duci Saxoniae inviſum reddiderunt, ejus commoda impediverunt, quibus poterant rationibus, poterant autem eo tempore plurimis. Odii Cauſae pleraeque exinde naſcebantur: quod Rivius eorum carperet imperitiam in Canticis Eccleſiaſticis, quae illi mutabant ſuo arbitratu, ſine intelligentia. Erat primus inter illos Jo. Zeidlerus, artium Magiſter, & Tecelii, Monachi, nundinatoris illius famoſi, olim collega, aſſentator impudentiſſimus. Mariaebergam ſe recipiens Rivius ſuis ſumtibus ibi vixit, quos ſuppeditarunt diſcipuli, doctrinae ejus cupidi, quam urbem ideo Muſarum ſedem, & ſuae quietis domicilium vocavit. Mariaeberga Schneebergam doctrinae gratia abiit, quae ſibi de tanto viro gratulata eſti vid. Dominus D. Ludovici

ſchol.

ſchol. P. V. p. 129, Exqua Urbe ab optimo Henrico, Saxoniae Duce, Freibergam in Scholam accerſitus eſt, ut Mollerus in Chronico Freibergenſi ſcribit & quidem a. 1537. ut ſimul Auguſti filii ſui inſtitutioni praeeſſe, ibidem hunc una cum Mauritio fratre, atque Comite Mansfeldenſi, diſcipulos in Schola publica alii quamdiu habuit, conf. Moller. c. l. p. 293. In his locis cum Rivio ſemper fuit Dabercuſius usque dum Freibergae tandem Pro-Rector ſ. Con-Rector in Schola publica conſtitutus eſt, & nonita multo poſt ſuaſu hortatuque Rivii Schnebergae Rector, poſtea a. 1543. illuſtris Scholae Miſenenſis Pro-Rector, tum a. 1553. a Sereniſſ. Joanne Alberto, Duce Megapolitano, Suerinenſis ſcholae deſignatus eſt Rector, in quo munere An. 1572. XIII. Kl. febr. cum ibidem per annos XX. Rectoris partes adminiſtraſſet, atque per XLV. annos ſumma Scholis dexteritate operam navaſſet, mortuus eſt, conf. Chytraeus in Saxon. l. XXIII. fol. 290. Cum Miſenam Suerinum abiret Dabercuſius, carmen in abitum ejus, grato in ſuum quondam Praeceptorem animo, confecit Adamus, quod legitur Libr. 3. Epigr. p. 558.

Et pius, & doctus, res eſt rariſſima, Princeps,
Tam prope, quum Phoenix nobilis inter aves,
Talis Joannes autem eſt Albertus, ad Arcton
Terra Megalburgi qui gerit ora bovis.
Hic cum Te ludi doctum que piumque Magiſtrum
Eſſe

Esse Suerina jusserit urbe sui.
Quam bene consuluit patriae statuique futurus
Est ullus rerum si modo Marce, status
Vos Deus, & Musis illum studiisque patronum
Doctorem servet te pueris que diu.

In Tumulum ejus Carmen quoque confecit quod legitur in Tumulis Adami nostri recentibus Lipsiae ap. Jo. Rhambam editis A. 1577. Ita quoque in obitum Dabercusii Carmen conscripsit noster, quod apparet Libr. II. Tumul. p. 301. in quo multis meritisque laudibus eum exornat. Plures quidem his temporibus Siberum nostrum andivisse Praeceptos praeter Rivium & Dabercusium negare facile non possumus; sed quinam ili sint, procerto affirmare non licet. De M. Leonardo Badehornio successore Rivii in schola Annaebergensi siquis dixerit, eum Adami nostri Praeceptorem fuisse, nulla alia id probabit ratione, quem hac, quod celeberr. Dominus M. Schreberus Gymnasii illustris Portensis Rector, in vita G. Fabricii p. 41. hunc Fabricii Praeceptorem fuisse existimet. Quem igitur si eo tempore Fabricius audivit, verosimile est, Adamum nostrum, amicitia & consuetudine a condiscipulatu cum Fabricio conjunctissimum, eundem quoque andivisse. Nolo hic de Badehornio plura commemorare cum laudes ejus pro meritis extollere laboraverit Gasper Jungermannus, artium & J. U. Doctor

&

Digitized by Google

& Profeſſor, & eo tempore Academiae Lipſienſis Rector in Oratione funebri Magnifici, Amplisſimi, omnique doctrinae ac virtutis genere praeſtantisſimi Viri Domini Leonhardi Badehornii, Philoſoph. & J. V. Doctoris inclitae Facultatis Juridicae Lipſienſis Senioris, & Judicii ſupreme Curiae Electoris Saxon. Aſſeſſois praecipui, deque Eccleſia, Academia, & Republ. Lipſica optime meriti, Cal. Jun. A. Chriſti 1587. pie defuncti, quae in manibus meis eſt.

VI. Poſtquam in his Scholis, ductu & ſuaſu optimorum Praeceptorum, animum ſuum literis, quae ad humanitatem pertinent, egregie exornavit Adamus, in Academiam abire contendit altiora ſtudia Philoſophiae & Theologiae aggreſſurus atque praecipue ſibi elegit Vitembergam, cujus deſiderio jam dudum flagraverat a) *in qua quidem Academia beneficio & liberalitate Stephani Rothii, magni ſtudiorum Promotoris, vixit,* b.) *& eo tempore praeſtantisſimos Viros, Martinum Lutherum, Philippum Melanchthonem, Juſtum Jonam, Ioannem Bugenhagium, a patria dictum Pomeranum, & Caſparem Crucigerum, audivit docentes, quorum in ſe merita grato ſemper animo & ore collaudavit* c). *Lipſiam deinde abiit audi-*

turus Joachimum Camerarium, virum doctiſſimum, & humanitatis ſtudiorum formatorem elegantiſſimum d).

a) In hanc Academiam ut aliquando abire poſſet, ſummis ſemper votis a Deo contendit. Ipſe enim teſtatur in Epiſtola a. 1536. Vitembergae ad Stephanum Rothium data, quam MSc. poſſideo, ſcribens: Ceterum quod, gaudere te, „quod Vitembergae manendi animum ſumſe„rim, ſcribis, ipſe quoque ſummopere gaudeo. „Certe, quoniam, ut arbitror, non ſine divina „voluntate factum eſt, ut, quod ſummis votis „a Deo ſemper contendi, huc venerim, dabo „equidem, pro mea virili, operam, ne, quantum„cunque tandem temporis hic commorari con„cedetur, id ſine fruge & utilitate conſumſiſſe „videri poſſim. Sine fundamento igitur Henricus Pantaleon in Proſopographia P. III. p. 548. affirmat: Siberum ad varias Germaniae Academias ſe contuliſſe, cum tantum de Vitembergenſi & Lipſienſi mihi conſtet. b) Stephanus Rothius magnus ſtudiorum Siberi noſtri promotor fuit, cujus beneficio hanc Academiam inviſere potuit, prout ipſe in Carmine MSto ad eundem fatetur:

Curaque cum ſtudii noſtri tu ſumma juvandi
Et fueris rebus portus & aura meis.
Quod, genus officii, meriti quae gratia, qua me
Non veluti natum proſequerere, fuit?
Tu nos conſiliis, tu nos pietate fideli,

Digna-

Dignatusque opibus saepe levare tuis,
Vitemberga mihi nunquam conspecta fuisset,
Visa mihi nunquam docta tot ora Virum;
Ni tua me pietas plus quam fraterna juvaret.
O solus studiis ara reperte meis!

c.) Quemadmodum eo tempore, omnes Theologi sibi maxime gratulati sunt, si audire Lutherum docentem iis contigit; ita etiam Siberus noster se felicem aestimavit, cum ora grandiloqui Lutheri cernere & audire daretur, quod ipsum in Carmine MSto ad Steph. Rothium ingenue fatetur jam jam citando. G. Fabricius fidus nostri amicus, in epistola a. 1571. d. 25. Jun. ad Adamum scripta satis clare demonstrat, eundem Lutheri discipulum fuisse. Grato igitur animo commotus Adamus, Lutheri, Praeceptoris sui, laudes Carmine decantat, quod legitur Libr. II. Epigrammat. p. 505. & his verbis incipit & claudit; Nostri fuit secli Lutherus Helias. Lib. Tumulor. p. 577. appellat Lutherum Evangelicae doctrinae instauratorem, additque:

Nec nostri vidit similem cui temporis aetas,
Nec pietate parem secla futura ferent.

Composuit etiam Eteostichon in obitum Lutheri, quod eod. Libro Tumulor. p. 578. videtur:

QVae genVIt rapVIt te, sanCte, IsLeba, LVthere,
CoeLo tanIMVs frVItVr LeVCorIs ossa tener.

Plura de Luthero infra apparebunt, ubi de pietate Siberi agemus.

Praeter hunc audivit quoque Philippum Melanchthonem, qui merito communis Germaniae Praeceptor appellatur, & ornamentum atque decus Saxoniae, in primis vero Academiae Vitembergenſis. Hunc Praeceptorem Parentis loco habuit Adamus, ſicut in Dedicatione libri Epinicion ad eundem ſcripta ait, Part. I. Poem. p. 235.

Cui tamen iſta damus, Tibi, docte Philippe, Parentis
Quem colimus merito Muſica turba loco?

In Juſtum Jonam, ſummi ingenii, ſummaeque induſtriae, & pietatis, virum, gratus quoque fuit Siberus, quod Libr. Tumulor. p. 598. declarat in Tumulum Jonae ſcribens:

Sepulchri venerare marmor hujus,
Quo Jonas cubat ille Juſtus, ingens
Muſarum decus, eruditioris
Sincerus pietatis & Magiſter.
Hunc Northuſa dedit: docentis ora
Eſt miratus & approbavit ipſe
Lutherus: dolet, & gemit paterque
Albis, Sala pater que, flentademtum.

Jo. Bugenhagius, a patria, oppido Julino, in Pomerania ſito, Pomeranus dictus, Siberum noſtrum in S. Theologiae partibus fideliter docuit, quod noſter in Carmine laudat. Caſparem Crucigerum quoque audivit Seniorem, qui linguarum egregie peritus fuit & Lutheri συνεργὸς in transferendis libris Propheticis in ſermonem patrium. Merita horum Praeceptorum omnium

um complectitur & collaudat Adamus Carmine ad Stephanum Rothium ſcripto, quod MSCt. poſſideo:

Dulcia gandiloqui quod cernimus ora *Lutheri*,
Per quem Romulidum frivola jura jacent,
Sancta ſalutiferi tenebris qui oracula verbi
Eruit, & lucem juſſit habere novam.
Quod Te, qui parvas artes ornare, *Melanchthon*,
Niteris, atque ingens hinc quoque nomen habes.
Grandia fundentem quod verba audimus *Jonam*
Cumque *Pomerano Crucigerique* ſonos,
Denique, quoscunque hic tenet Albidos ora beati,
Illos ut videam, muneris omne tui eſt.

d) Quod Joachimum Camerarium Lipſiae audiverit Adamus, dubitare nos non ſinunt Clarmundus P. VII. vitar. Viror. in re literar. Clariſſimorum & Celebrr. Dnus M. Chriſt. Frider. VViliſchius, Part. II. Incunabulor. Schol. Annaeb. Ab hoc Camerario multis quoque encomiis ornatus legitur Siberus, de quibus evolvendus Lotichius in Biblioth. Poetic. in vita Siberi. Laudat quoque Camerarius amicitiam veterem Siberi in carmine, Pietati ejus puerili praemiſſo:

Digitized by Google

Quem longo venerans jam tempore diligo, propter
Ingenii, ac morum probitatem, & Apollinis artes.

Dehis plura dicemus infra, amicitiam Camerarii cum Sibero cultam enarraturi.

VII. Variis igitur eruditionis partibus in his Academiis imbutus cum esset Adamus, ab eruditis ubique locorum magni aestimatus est, qui certatim mox huc, mox illuc, vocarunt & desiderarunt, eumque adhuc juvenem dignum judicarunt, quem adolescentibus suis perdocendis instituendisque praeficerent. a) *Primum itaque vocatus est Annaebergam* b), *tum Calam, in Thuringia, non procul ab Osterlandiae finibus sitam* c), *praeterea Schneebergae Cantor factus, prout Auctor Chronici hujus civitatis contendit* d). *In quibus locis non sine laude pueros sibi commissos, literis & doctrina auxit.*

a.) Mature quidem adolescentibus instituendis praefectus est Siberus, id quod *M.* Christophorus Caesar, Scholae Halensis Rector, in Carmine ad effigiem Adami posito, confirmat;

Acta fuit trieteris ei vix sexta: docebat
Artes jam magna dexteritate bonas.
Propositumque decem premit hoc quinquennia fidus,
Nempe tot optatus, quot Jubilaeus habet.

Sed

Sed in eo lapsus est omnino Adolphus Clarmundus P. VII. vitar. Clarissimor. Virorum, qui scribere audet: Adamum, absolutis studiis Academicis Provincialis Scholae Grimensis Rectorem constitutum esse, a quo fortasse deceptus est M. Christoph. Frider. VVilischius Part. II. Incunabul. schol. Annaeberg. qui idem affirmat. b) Testem satis probatum produco filium Nostri, Adamum Theodorum in epistola ad Janum Gruterum, in qua scribit: quod Annaebergae docuerit, & praeterea Calae, in Thuringia, quam urbem alii Geographi in Thuringia, alii in Osterlandia sitam esse autumant, inter hos est Melissantes in Geographia novissima. Quod Annaebergae didicerit Praeceptore Rivio, supra dictum est, cum de annis Siberi scholasticis agendum esset. Num vero publice in Schola Annaeberg. docuerit, adeo certum evidensque non videtur. Celeberrimus Dnus. VVilischius, in Incunabulis scholae hujus nihil plane de eo commemorat, quod Adamus in hac schola publice professus sit artes liberales. Cum vero ex filii testimonio, jam citato, constet, eum ibidem docuisse, privatim in hac urbe Adamum una cum aliis Rivii discipulis docuisse existimandum est. Quod enim de Dabercusio scribit Ienisius, & ex eo Dominus VVilischius, idem fere de Adamo nostro scribendum videtur, ita enim ille: Nec inter Collegas, scholae numeratus est, quod jussu Rivii doceret, et quidem gratis, quemadmodum & quosdam, discipulorum alios docendo se exercere volebat,

& diligentiae exemplum esse ceteris. Pl. Reverendus Dnus Melzerus in Chron. Schneeberg. quoque testatur pag. 344. Dabercusium extraordinarium Graecae Linguae Praeceptorem Annaebergae fuisse. c) Quod Calae docuerit noster, ex testimonio filii certum est, quae urbs in Marchia Orientali, s. Osterlandia ad Salam sita est, An vero inter publicos hujus Scholae oppidanae Collegas referendus sit, adhuc dum perspicere, licet sedulo inquisiverim, non licuit. d) Auctor Chronici Schneebergensis. Dominus Melzerus Adamum nostrum multis variisque meritis praeclarum in hac Schola Cantoris provinciam sub Rectore, Ambrosio Francio, obtinuisse affirmat pag. 356. De qua re tamen apud alios scriptores nihil quicquam invenire potui. Multo minus de eo, quod scribit: Siberum nostrum in Schola oppidana Vitembergensi Rectoris officio perfunctum esse. Amici mei Vitembergenses, saepius rogati, nihil certi quicquam de hoc dubio mihi nunciare potuerunt. Neque id, si verum esset, Clarissimus Furmannus gener Adami, Rector demum Scholae Vitembergensis, silentio praeteriisset.

VIII. Adeo quidem innotescebat Siberi fides, industria, & facultas erudiendae juventutis, ut complures civitates eum ad se allicere cuperent Inter quas omnem operam impendebat Freiberga, quae post discessum Clariss. Viri, Georgii Fabricii, in Ita-

Italiam, ſcholae ſuae Pro-Rectoris, non digniorem tanto viro ſucceſſorem exiſtimabat, quam Adamum Siberum. Accerſitus itaque ſine mora in hunc locum Noſter, munus Pro-Rectoris, ſeu Supremi A. 1539, diſcedente Fabricio, ſuſcepit, ibique laboris ſocios conjunctiſſimos invenit, Io. Rivium, qui jam Rectoris faſces tenebat, & Hiobum Magdeburgum, qui Hypodidaſcali ſeu Collegae III. munus adminiſtrabat, & Ioannem Hermannum, Muſicum eximium a). *In quo munere cum ſe admodum diligentem & indefeſſum praeberet, communi Patronorum Freibergenſium conſenſu, abeunte Joanne Rivio ex ſchola in Sereniſſimi Saxoniae Ducis, Henrici, aulam, Rectoris munus, quo Hieronymus Wellerus ſemeſtri circiter ſpatio functus erat, obtinuit Adamus, quod antequam ſuſciperet, ſummos in Philoſophia honores Vitembergae cum laude conſecutus eſt*, b). *Neque unquam hanc ſcholam a ſe optime exornatam reliquiſſet Noſter, aliamque provinciam quaeſiviſſet, niſi ſtatus ejusdem brevi ab imperitis Senatoribus & turbatoribus Eccleſiae & ſcholarum turbatus eſſet, qui novam & perverſam doctrinam ſecum ferentes omnes bonos & fideles Do-*

ctores vel ejicere, vel tyrannidem in eos exercere, ſtudebant c).

a.) Teſtem produco Mollerum in Chronico Freibergenſi P. I. p. 313. ſeq. ubi teſtatur: A„damum poſt Fabricii diſceſſum, Jo. Rivii colle„gam ſupremum ſive ConRectorem (ſine dubio „ejus commendatione) vocatum eſſe, eique mu„neri per ſesqui annum non ſine laude praefuiſ„ſe, & tandem ſucceſſorem habuiſſe M. Cyria„cum Lindemannum, Gotha Thuringum, de „quo conſtat, quod poſtea in illuſtri ad portam „HerciniaeSchola Rector conſtitutus ſit. Legendus etiam eſt Tobias Schmidius in Chronico Cygneo p. 507. qui eadem, quae Mollerus, de munere ProRectoris, Siberi noſtri, ſcribit. Nec praeterire poſſumus Praeclariſſimi DominiGodofrediVVageneri ſeriem Collegarum Gymnaſii Freibergenſis, qui pariter ſe hujus rei teſtem praebet. A quo tamen in hoc diſſentio, quod ſcribit: Siberum A. 1537. ProRectoremFreibergenſ. Scholae inauguratum eſſe, cum tamen certum ſit, eum poſt diſceſſum Fabricii hanc Spartam demum obtinuiſſe. Jam vero conſtat ex epiſtola G. Fabricii ad avunculum Germanica, in qua ipſe ſcribit: ſe per hiemem (h.e. a. 1538. exeunte, ineunte An. 1539.) cum Rivio Freiberg. fuiſſe, quod ipſe Cl. V. VVagenerus fatetur p. 15. Quam diu igitur Fabricius ibidem ProRector fuit, tamdiu hoc munere in eodem loco & Schola ſimul fungi non potuit Siberus, in qua ſententia mecum eſt CeleberrimusDominus

nus Schreberus in vita G. Fabricii p. 69. qui pariter de itineribus Fabricii variis, & de discessu ejus ex hac Schola accurate omnia & copiose enumeravit. Ceterum Noster in hoc munere diligens & sedulus fuit, & cum Jo. Rivio, suo olim Praeceptore, jam Collega, conjunctissime vixit, quod in epistola MSS. quam possideo, ad Stephanum Rothium, Freibergae data, ingenue fatetur: Valemus pulchre, Amicorum optime Stephane, officio nobis commisso, quoniam ita Deo videtur, ut nostra opera & diligentia juventus hic erudiatur, & ad ipsius timorem formetur, non desumus. Ipso cum Rivio, mihi adhuc convenit optime, neque sane mea culpa eveniet unquam, is ut a me abalienatiore esse animo possit. b) Spectata satis erat Senatoribus & Patronis Scholae Freibergensis Siberi dexteritas & eruditio, qua commovebantur Rectoris munus suae Scholae ei committere. Non vero ex Conrectore hujus Scholae Cygneae Rector factus est, ut Olearius in scrinio antiquitatum p. 237. scribit. Cum enim Jo. Rivium ex Schola in aulam vocaret Serenissimus Saxoniae Dux, Henricus pius, & Magistrum morum Augusti, filii, Joannis item Comitis Mansfeld. constitueret, ex quibus priorem, una cum Mauritio, Saxoniae Duce, jam antea Freibergae in Schola publica instituerat, cum iisdem, relicto munere scholastico, A. 1540. Lipsiam, tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus est. Interim per semestre fere spatium vici-

vicibus Rectoris in hac Schola fungebatur Hieronymus VVellerus S. Theol. Doctor, & Professor in hoc Gymnasio, quo finito, RectoriSiberus, Jo. Rivio, hactenus ProRector cum fuisset, cunctis Patrum suffragiis, succedere jussus, munus Rectoris in hac Schola a. 1541. suscepit, cui per quatuor annos magna fide, gravitate, & laborum molestiarumque patientia, praefuit, & id unice egit, & voluit, ut literae elegantiores hoc in loco florerent, ingenia iisdem optime imbuerentur, & schola haec majora indies, institutis certis in ea Ordinibus s. Classibus, caperet incrementa. confer. Moller. & Melzer. c. l. Ante vero quam Rectoris hujus Scholae obtinuit partes, summos in Philosophia honores, jam dudum meritos, sed modestia adhuc recusatos, Vitembergae inter XXII. Candidatos consecutus est, inter quos quartum obtinuit locum, ut in Ep. MS. ad Steph. Rothium scribit, quae ita se habet: Non possum hoc tempore „multa ad te scribere, Stephane optime, idque „propter occupationes. Sed breviter tamen re„rum mearumstatum accipe. Ego, quod felix „& faustum sit, ad XXIII. Septembr. gra„dum Magisterii suscepi, ac inter XXII. Can„didatos, qui una mecum hoc titulo deco„rati sunt, quartum locum obtinui. Quod ta„men non arrogantiae ad te causa scribo, sed „ideo tantum, ut intelligas, te non frustra in „me benignitatem tuam exercuisse. Quod ad„reliqua attinet, tecum Lipsiae colloquar, quo te ven-

teventurum Simon mihi noſter retulit. Interim bene vale, & me, quod facis, ama. E Vitemberga XXIV. Sept. Ao. 1540. Ceterum G. Fabricius magnam laudem Freibergenſium civitati adſcribit, quod unacum aliis Adamum Siberum in Schola docentem habuerit, in praefat. Virgilii ad M. Valentinum Graviunı, Senatorem civitatis Freibergenſis, & Sereniſſ. Elect. Saxon. a decimis Metalli, his verbis: Vides cum paucis, quid adjumenti, & dignitatis recta adferant ſtudia, ſi in Rebus publicis vigeant, & maximi fiant, quantum contra damni & dedecoris, ſi in urbibus jaceant atque negligantur. Equidem praedicandum cenſeo, & maximis laudibus tollendum in Miſnenſibus Freibergum, quod ſemper hoſpitium, & quaſi portus, fuerit erudi-torum. Quanta enim urbis veſtrae laus eſt, excepiſſe Rhagium Aeſticam pium, foviſſe Petrum Moſellanum, accerſiviſſe Jacobum Sobium, amaſſe Jo. Rivium, habuiſſe *Adamum Siberum*. Quod inſtitutum quamdiu retinebit, faciet id autem, quam diu ſapiet, non deerunt illi prudentes Magiſtratus, & Cives boni. Mollerus in Chron. Freiberg. P. I. p. 295. commemorat, ſub auſpicium Rectoratus Adami partem aedis Cathedralis publico huic Gymnaſio deſtinatam eſſe, Praeceptoribusque dicatam, & Siberum exinde occaſionem & facultatem nactum, hanc Scholam amplificandi, Claſſesque & Ordines certos inſtituendi, omniaque laudabiliter pro ſua pietate & dexteritate

per

perficiendi. In primis tn. in eo laudat, quod juventutem assidua exercitatione & usu ad artes liberales, & pietatis studia, excitaverit, magnamque huic Gymnasio famam ac laudem conciliaverit. A quo non dissentit Tobias Schmidius, in Chronic. Cygneo, & eadem fere de Adamo profert. p. 507. Ipse Adamus testis est sui laboris & studii in illa Schola in Epist. ad Stephan. Rothinm, primum Scribarum ap. Zwiccavienses scripta, quae beneficio Praeclarissimi Dn. Godofredi VVageneri, Facultatis Philos. Vitemberg. Adjuncti, & ConRectoris Schol. oppidanae, mecum communicata est, „in qua inter alia scribit: Ac primum quidem „de ludo nostro perscribere aliud ad te possum „nihil, quam quod illud frequentissimum habeamus, ac, quantum sane valemus, studio no„stro & diligentia id contendamus, quo juven„tutem, quam quidem perpolitam modo, in „veriorem, quam instituti sunt ante hac, & „pietatem, & bonas perdiscendi literas viam, „perducamus. Qua profecto in re quantum „& sudetur adhuc, & huc usque a nobis sudatum „sit, nihil nunc scribam, ne forte, dum nostram „extollam operam & diligentiam, hos, qui ante nos hic fuerunt, accusare videamur. Freibergensem urbem saepe gratus celebravit Noster, cujus rei exemplum praebet Libr. III. Epigram. p. 561. ubi ob multa praeclara dona eam praedicat:

Te

Te celebrent alii propter, Freiberga, metalla,
Et quas foeta sinu divite fundis opes.
Extollant juvenum teneras incendia nymphas,
Extollant urbis tecta superba tuae.
Sed neque non laudent generosi pocula zythi,
Quae mihi dum liceat ducere, Bacche, vale.
At tibi cum multos propter virtute verendos
Gratatur potius nostra Thalia viros:
Tum Gravium, cujus labor idem dicere laudes,
Icarii fluctus, & numerare maris.
Quid, qui sacra docet, VVelleri pectora dicam
Pectora Sithonia candidiora nive?
Tu quoque, Tu legere olim mihi cognite multo
Usu, dum sacras ardet uterque Deas:
Quam merito illorum es Consul referendus in album,
Quorum res crescit publica consiliis?
Hos Friberga magis miror, quam cuncta metalla,
Quam nymphas, Zythum, tectaque celsa, domos.
At tibi succrescant plures, doctique bonique,
In pulchra summum sunt decus urbe viri.

c) Ex hacjurbe non adeo facile discessisset, Siberus, nisi status ejusdem brevi immutatus esset, quo ipso coactus est, hunc locum relinquere,

Digitized by Google

&

& aliam quaerere provinciam. Novi enim turbatores Ecclesiae & Scholarum orti erant, qui perversam & corruptam doctrinam secum ferentes omnia turbarunt. Qveritur de furore novi Evangelistae cujusdam Adamus in epistola ad Stephanum Rothium MSt. dat. Freiberg. a. 1540. De Evangelista Nostro scripseram equidem ad te nuper, videri mihi, injuriam illi fieri, quod nescio quid, machinari crederetur. „Sed Deum immortalem, quam me omnino fefellit sententia. Nam si ego nunc instituam tibi „sigillatim astutias, technas, & fraudulentias illius omnes recensere, citius me papyrus, quam „materia, deficere. Sed Deus illum perdat, „proque sua bonitate illius conatus inhibeat. „Quid enim aliud exspectas? Perturbat, confundit, ac pervertit, omnia, Omnes bonos omnes „doctos, calumniatur, & odio habet. Solus regnare, solus rerum potiri vult. Ceteros prae se „stipites & caudices judicat, atque adeo Senatum ipsum ludibrio habet. Ridet certe, & pro „suo arbitrio, quodcunque illi visum est, & facit, & statuit. Quin etiam ludi sibi habenas „deposcere est ausus, ut quasi Collegae olim „Consules Romanam Rempublicam administrabant, ipse cum Rivio Scholam regeret, sed revera, ut & Rivium sibi obnoxium (quandam „& solent fere plerique nunc in ludi Magistros „tyrannidem exercere, ut vos in Plateano vestro, viro doctissimo, experti estis) redderet, „& denique virus illud suum, quod jam pridem

concepit, & male retinere poteſt, teneris puerorum animis inſtillaret. Sed reſtitit, ne id fieret, ſummo conatu Senatus. Rivius quidem ipſe ſic eum excepit, ut non arbitter poſthac illum tale quid moliturum. Dii boni! non habent iſti Evangeliſtae, quid agant, niſi omnibus omnium negotiis ſeadmiſceant, proinde, quaſi ſine iis nihil recte geri aut adminiſtrari poſſit. Vidimus propoſitiones, ſeu, ut Graeci vocant, θέσεις, contra quas diſputatum eſt Vitembergae. Sed bone Deus! quantum impiarum opinionum! Chriſtus auertat talia monſtra, ne perturbent ipſius Eccleſiam. Praeterea erant in hac urbe novi & juniores Senatores, Scholae Patroni, qui ſuperbia elati Siberum praeſe contemnebant, ejusque fidem & induſtriam parvi pendebant, & in alios quoque Praeceptores imperium exercebant. Quare commotus Adamus locum & ſpartam mutare maluit. De quo ita in Epiſt. MSt. ad Stephan. Rothium Freibergae a. 1545. data, ſcribit: De meis rebus multa ſunt, quae ſcriberem, niſi & otio parcendum tuo putarem, &, ut verum fatear, earum me commemoratio non delectaret. Ut brevi tamen habeas: Ego ad proximum Michaelis feſtum hinc abiturus ſum. Cauſa eſt, quod mihi cum quibusdam, qui primi nominis in Republica ſunt, convenire non potuit dequibusdam rebus, in quibus tamen Scholae & puritiae utilitas vel maxime vertitur, quodque quidam, pertaeſi noſtri, habere & poſthaec

„Praeceptores ludi ſui cupiunt, in quos, ve„lut in beluas, imperium exerceant. Qui ſane, „dicerem qui eſſent, niſi ipſum te intelligere „putarem, homines videlicet indoctiſſimi, qui „poſtquam ad gubernacula rei communis acceſ„ſerunt, ſe ſolos ſapere, ceteros, fungos & cau„dices putant, ipſi beluae potius, quam homi„nes. Quo autem abiturus ſim, adhuc qui„dem incertum: ſed non dubito de bonitate „divina, & noſti illud: τέχνιον πᾶσα γᾶια τρέ„φει. Rivius, qui in noſtro Ducatu inſpectio„nem quaſi Scholarum adminiſtrat, benigne „mihi ſuam operam pollicitus eſt, & ſunt prae„ter ea multi alii, qui mihi ſuum ſtudium & dili„gentiam, quo conditionem rurſus me dignam „conſequar, obtulerunt. Neque dubito, quin „tu quoque, pro ſingulari tuo in me amore & „voluntate, ſi quid hac in re commodare no„bis poteris, prolixe id diligenterque ſis fa„cturus. Quae me ſpes ne fallat, etiam atque „etiam peto. Dedit quoque aliam ex ur„be Freibergenſi ad Steph. Rothium epiſto„lam de vita diſſoluta hujus civitatis, quam iis „temporibus perferre amplius non potuit No„ſter: In meis rebus nihil eſt novi, quam quod „magno locum commutandi deſiderio teneor, „idque nullam aliam ob cauſam, quam, quod ne„mo eſt apud nos, cui ex animo literae cordi ſint, „quique bonarum artium, & rectae inſtitutio„nis patrocinium & curam ſuscipiat. Maxima „pars hujus civitatis Epicuri vivimus de grege

por-

„porcos, eſtque ipſa puerilia, exempio paren-
„tum, corrupta. &c.

IX. Depoſito igitur munere in Schola Freibergenſi, Halam Saxonum A. 1545. de voluntate amicorum, abiit, & ejusdem Scholae, poſt M. Emericum Sylvium, Rector conſtitutus eſt, quam provinciam usque ad A. 1548. tenuit a.) *quo ipſo Chemnicium vocatus diſceſſit, & hujus Scholae pariter Rector poſt Valentinum Hertelium inauguratus, ex quo oppido demum Grimam in Scholam Provincialem acceſſitus eſt.* b)

a) Non video, quo pacto Auctores Lexici Hiſtorici eruditorum, quod Lipſiae in 8. prodiit, probare poſſint: Siberum primo Grimae, poſtea Halae, Rectorem fuiſſe. Neq; id certum eſt, quod Hala Grimam vocatus ſit, ſicut Dn. M. VVagenerus in Serie Praeceptorum Gymn. Freib. affirmat: ſed potius Freiberga Halam, Hala Chemnicium, Chemnicio Grimam veniſſe, conſtat ex epiſtola filii Adami Theodori ad Janum Gruterum ſcripta, ſaepius a me citata. Idem omnino confirmat Jacobus Furmannus, Rector primum ſcholae illuſtris Grimenſis, & poſtea Vitembergenſis, in Dedicat. Margarit. ſcholaſt. Siberi ad Grimenſis Provincialis, & Vitembergenſis Urbicae, alumnos: Antequam vero Grimam, ſive *Aſtra-*„ *pacam* (ita enim eam nominaverat Philip-„

„pus Melanchthon, quod Grima, Vandalorum „lingua fulgetrum sive coruscationem significa„ret) ante, inquam, Grimam quam venit, ali„is etiam in oppidis docuerat, & praecipue Frei„bergae, in Salinis Saxonicis, ac Chemnicii, „ex quo oppido Grimam accersitus est. Halam quidem a. 1545. concessit Noster, quod ex epistolis variis supra jam citatis probatum est, & M. Emerico Sylvio Rectori succesſit. Hic qua causa commotus provinciaRectoris decesserit, & eandem post Siberi successorem, M. Joannem Hornicelium susceperit denuo, non liquet, neque commemorat quicquam Dn. D. Godofredus Ludovici in Histor. Gymnasii Halensis pag. 56, 57. Part. II. Merita Nostri in Scholam Halensem tacitus praeterire non potest M. Christophorus Caesar, Scholae Halensis quondam Rector, in Carmine ad effigiem Adami scripto:

Sedulus hoc aliquot ludos bene tempore rexit:
Rexit & Halensis virgea sceptra Scholae.

Confer Olearii Senioris Halygraphiam P. I. p. 89.

b.) Celeberrimus DnusVVilischius, Gymnas. Altenburgensis Director meritissimus, in epistola gratulatoria ad Jo. Christophorum Schellenbergium, qua claros Schellenbergios simul recenset, omisit plane, Adamum nostrum Chemnicii Rectorem fuisse, quae A. 1713. Annaebergae excusa est,

eſt, & tantum Freibergenſis, Halenſis, & Grimenſis Scholae mentionem facit; ſed ex filii Noſtri, & Jacobi Furmanni, teſtimoniis jam audivimus, Siberum Scholae Chemnicenſis Rectorem fuiſſe. Quod diffiteri non poteſt Celeberrimus Dn. Daniel Mullerus, Rector Scholae Chemnicenſis, qui in Actu Valedictor. Auguſti Friderici Siberi A. 1715. ex Schedis MSt. Adami Andreae ſatis dilucide probat, Siberum hic Rectorem fuiſſe, & ſimul errorem Andreae notat ſcribentis: Chemnicio Vitembergam Siberum vocatum eſſe. Conſtat enim, quod Grimam potius ex hoc loco abierit. Verſus Andreae ſunt hi:

Primus in hoc ludo (pulſis ex urbe Papiſtis)
Hertelius Rector per duo luſtra fuit.
Iſtoc denato traduntur ſceptra Sibero,
Non tamen ille diu ſubſtitit hocce loco.
Vix etenim trieteris abit dum Leucoris alma
Hunc vocat, & ſcholico praefuit illa gregi.

Succeſſit in hoc munere Valentino Hertelio, cujus gener factus eſt Adamus de qvo in Conjugis ejus plura dicta ſunt. De libro Siberi, quem vocat Ludum Chemnicenſem, inmemoriam hujus Scholae ſcripto, infra plura proferam.

X. Cum in his commemoratis locis multos jam annos Adamus docendae in ſchola juventutis partes magna cum laudis acceſſione adminiſtraſſet, de voluntate & conſenſu Procerum aulae Electoris Saxoniae, inprimis ſuaſu IOANNIS RIVII, a) *dignus*

est judicatus, quem Divus MAURITIUS, Princeps creandis Imperatoribus Romanis sacer, tertiae Scholae Provinciali, non Merseburgum, ut prius constitutum erat, sed Grimam, propter Moldam, certis de causis, translatae, b) *ibidemque Anno* 1550. *d. XIV. Septembris apertae, in Monasterio, a Principe Georgio, fratre Friderici I. Electoris Sax. Bellicosi, Augustiniani Ordinis, fratribus dicato, consilio D. Georgii Commerstadii, Consiliarii praecipui, praeficeret, duabus Scholis provincialibus, ad Albim & Salam, sexennio ante constitutis,* c.) *una cum laboris scholastici Sociis, M. Joanne Schreinero, ConRectore, M. Georgio Froeschelio, Tertio, & M. Joanne Reinmanno, Cantore, Magistris de juventute & schola hac optime meritis, & Oeconomiae praefecto, Volfgango Drechslero, Viro prudentia & integritate* (*prædito,*) *quam spartam Noster, anno aetatis suae XXXIV. die quidem natali susceptam, ad finem usque vitae summa cum laude tenuit.* e.)

a.) Joannis Rivii, praeclari literarum in Misnia Instauratoris, suasu tres scholas provinciales per Serenissimum Saxoniae Electorem Mauritium constitutas esse, jam saepe multumque

a me

a me, & aliis quoque ſcriptoribus dictum eſt. Et An. 1543. quidem duae illae, Portenſis & Miſenenſis, inſtitutae ſunt. Illius Rector primus fuit Ioannes Gigas, Northuſanus, hujus, Hermannus Vulpius: Tertiae tandem ſcholae, Merſeburgi ex mandato Divi Mauritii aperiendae, Rector, connitente inprimis Joanne Rivio, Noſtri Praeceptore quondam, & Collega, Adamus deſignatus eſt. Poſtquam vero ſpes hujus acquirendi Rectoratus evanuit, nec Merſeburgi hic ludus, quae tamen prima erat Mauritii voluntas, ſed poſt ſex annos demum Grimae apertus eſt, oblatam antea Rectoris dignitatem ibidem tandem obtinuit Siberus, quae omnia in Epiſt. ad Stephanum Rothium MS. a. 1544. d. XVI. Iul. Freibergae data, hoc modo commemorat: „ Rivius mihi conditionem Rectoratus in ludo Martisburgenſi Provinciali obtulerat, „ ſed poſtea, neſcio quorum conſiliis, prorſus il- „ le ludus evanuit. Quare mihi alia nunc occaſio, „ „exſpectanda eſt. Digna ſunt verba Academiae Vitembergenſis Rectoris Emerici Thurſonis, in Programmate funebri Adami Theodori Siberi, Eloq. Profeſſor. Ordinarii. An. 1616. Vitembergae, mortui, quae hoc loco apponantur, quibus Adami noſtri laudes, & laudabile Mauritii inſtitutum, recenſet, ſcribens: Mauriti- „ us, Dux Saxoniae, Heros nunquam ſatis lauda- „ tus, cum poſt obitum patris, Henrici, Ducis Sa- „ xoniae, circa initia gubernationis tres ludos il- „ luſtres, Miſnae, Portae, Merſeburgi, An. 1543 „

Digitized by Google

„aperuisset, in quibus pueri, certo numero de-„finiti, cum suis Praeceptoribus alerentur, & ab „iis in pietate vera, & bonis literis, honestisque „moribus formarentur atque instituerentur; „Non multis post annis ad Septemviralem eve-„ctus dignitatem in reliquis nihil mutavit. Mer-„seburgensem autem scholam, quae evanesce-„bat, Grimam A. 1550 transtulit. Atque in „Misnensi quidem ludo A. 1546, post Her-„mannum Vulpium, secundus Rector constitu-„tus est Georgius Fabricius, Chemnicensis, Ar-„gentorato eo vocatus, qui ludi ejus constituti-„onem in Annalibus urbis Misnae luculenter „expositi, Poëta Christianus excellens, Gram-„maticus acutus, Historicus elegans, in functi-„one pia pie defunctus, A. 1571. die XIII. Iu-„lii aetatis anno 57. currente. Grimensis vero „ludi gubernatio commissa fuit ADAMO SIBE-„RO, Viro secundum Philippi Melanchthonis „elogium: καὶ τῷ Θεῷ καὶ τῆς Μούσης φίλτατῳ.

b) Non praetereundus est hic M. Justinus Pertuchius, qui in Chronico Portensi P. I p. 74. causas profert Carmine Heroico, quibus D. Mauritius commotus sit, tres ludos illustres in ditione sua aperire: inprimis vero eo in loco commemorat, quod Auctoribus & Suasoribus, Ernesto a Miltiz, & Doctore Georgio Commerstadio, Consiliariis suis, eosdem constituerit, & qui ludus Merseburgi primum constituendus, Grimam postea translatus sit ab eodem Electore. Nominat praesertim Commerstadium Columen

prae-

praeluſtre Senatus Saxonici. Quem etiam Georgius Fabricius laudat, quod fuerit exemplum humanae felicitatis, & excellente dignitate per totam vitam praeditus, & quatuor Ducum Saxoniae Conſiliarius. Albinus pariter in Chronico Miſniae, p. 695. multa de Commerſtadio habet, & commendat eum praecipue, quod Scholarum Electoralium trium Auctor, & Georgii, itemque Henrici, Saxoniae Ducum, ut & Mauritii, & Auguſti, Electorum Saxon. Conſiliarius fere princeps fuerit, & tanta eruditione, eloquentia, prudentia, & memoria felici ornatus, ut in rebus difficilioribus celeriter reperire potuerit, quae opus fuerint, & ſine praemeditatione de graviſſimis rebus, coram ſummis Regibus & Principibus, verba facere valuerit. Confer. Freheri, Theatrum Viror. Eruditor. p. 842. Conſtat quoque ex Annalibus Schol. illuſtris noſtrae MSt. p. 1. quod auctoritate & conſiliis D. Commerſtadii prudentiſſimi noſtra Schola a Divo Mauritio condita ſit, & pag. 16. appellatur hic Auctor & Patronus hujus Scholae, & laudatur, quod Grima Lipſiam proficiſcens ſaepe in hac Schola praeſens fuerit, & tam ratione doctrinae, quam diſciplinae, Praeceptoribus multa praeclara praeſcripſerit. Grimae vero, & non Merſeburgi, ut antea conſtitutum erat, cur haec Schola aperta ſit, hujus mutationis, cauſam profert Georgius Fabricius Libr. IX. Orig. Saxon. inquiens: Ideo autem, eo in loco (Grimae) ludus apertus eſt iſte, qui,

Digitized by Google

„primum fuit Mersburgi constituendus, & eo „An. 1550. XVIII. Cal. Octobr. translatus, hoc „consilio, & hac ratione, ut, quemadmodum „reliqui duo ad Ducatum Saxonicum pertine„rent: ita in Electorali quoque ditione quod„dam, esset puerorum receptaculum, quem „Electoratum, capto Joanne Friderico, Electo„re, Mauritius acquisiverat. Quibus ex causis pariter Pertuchius in Chron. Portensi vocat Grimense Gymnasium, puerorum in Electoratu receptaculum. Ita appellatur hoc Gymnasium etiam in Annalibus Scholae nostrae MS. p. 1. confer Dresserum de praecipuis Germaniae urbibus p. 287. Ex Annalibus vero Gymnasii nostri MS. jam citatis pag. 5. constat, quod Alumni ex Electoratu Merseburgum in tertiam Scholam An. 1543. deducendi, in Portensem ex parte, ex parte quoque in Misenensem tamdiu translatisint, ibique eadem cum aliis beneficia perceperint, usque ad An. 1550. quo ipso ex voluntate D. Mauritii, Saxoniae Electoris non ita pridem facti, in hanc Scholam jam apertam recepti sint iidem pueri, non minus ex Electoratus, quam aliis quibusdam Misniae oppidis. De causis vero, quibus hic Princeps serenissimus commotus sit, hanc Scholam Grimae, & non alio in oppido Misniae, vel Saxoniae, aperire, certiores reddimur ex Chronico MS. urbis Grimensis, & ex Concione in primo Jubilaeo Scholastico An. 1650. Grimae d. 14. Sept. a summe Reverendo Dn. D. Andrea Cunado, Pastor. & Antistite

tistite tum temporis habita, quae Lipsiae ap. Timotheum Ritschium impressa est eodem anno. Convocavit nempe Divus Mauritius An. 1549. ordines provinciarum, & praecipuos Theologos suos Grimam, ut librum *Interim*, ab Imperatore Romano, instinctu Pontificiorum, inductum examinarent, suamque voluntatem & mentem aperirent: utrum hunc librum, qui capita doctrinae & rituum continebat, recipere vellent, an minus? Qui omnes & singuli, suadentibus & urgentibus genuinis Theologis, fide interposita, se invicem obstrinxerunt, & confirmarunt, nunquam futurum, ut *Interim* recipiant, simulque Mauritium submisse imploraruntut sibi gratiose permitteret libertatem, rejecto libro *Interim*, veram & incorruptam doctrinam conservandi. Quibus verbis commotus ornatissimus hic Princeps suam pariter fidem, & constantiam verae religionis, omnibus suis probavit civibus, & promisit, se in hujus rei certitudinem tertiam Scholam provincialem, in usum Electoratus, aperturum esse. Audito hoc laudabili Mauritii instituto, Senatus Grimensis, qui eo tempore in arce Grimensi circa Mauritium erat, omnibus precibus ab Electore contendit & Consul eo tempore, *Sebaldus Mullerus*, rogavit, ut in sua urbe (Grimae) in Coenobio Augustiniano hanc Scholam aperiret: Difficile enim sibi accidere amplissima hujus Coenobii aedificia & tecta suis sumtibus integra servare,

ob

ob nuda habitacula, quae Ecclesiae Ministris in eo attributa essent. Acceptis igitur his a Senatu oblatis conditionibus, Serenissimus Elector Mauritius, Consiliariis suis in mandatis dedit, ut in hac urbe tertia provincialis schola erigeretur, praecipue cum videret, Grimam medium fere locum inter duas illustres scholas, Misenensem, & Portensem, obtinere, & ab iis oppidis, in quorum gratiam schola aperienda erat, non adeo longe remotam esse. Ut vero Alumnis de victu, & rebus ad sustentationem necessariis, & Praeceptoribus de stipendiis prospiceret, reditus qvosdam Scholae attribuit, quibus Anno 1555. Serenissimus Ejus frater Augustus, Saxoniae Elector, plures addidit, & praecipue Coenobium MonialiumNymitschium, non procul ab urbe ad ripas Muldae situm, ab Henrico Illustri quondam fundatum; de quo Fabricius O. S. Lib. VI. p. 577. quod huic Scholae cum omnibus ad hoc pertinentibus fundis, agris, & reditibus assignavit & donavit, & cum vina adhuc deficerent, ex Schola Portensi Grimam transvehi curavit, ne quicquam Alumnis, & Praeceptoribus deesset. confer Dresser. P. 2. p. 311. & p. 457. & Chronicon. MSS. Grimense ad An. 1550. c). Laurentius Peccenstein in Theatr. Saxon. P. II. p. 75. certiores nos reddit de hac re, cujus verba retinere malui: Man schreibet, daß Fridericus I. Churfürst, so man den Streitbahren genannt, das Schloß zu Grim erbauet, und samt seinem Bruder Wilhelm

helm, dem Reichen zugenahmet, vielfältig daſelbſt Hof gehalten. Item, der dritte Bruder, Landgraff George, ſo der Geiſtligkeit aller Dinge zugethan, das Cloſter Auguſtini, darinnen itzo die Churfürſtliche Land-Schule gehalten wird, An. 1397. geſtifftet, und in der Jugend darinn inſtituirt worden ſey, hernacher ſeinen ſtillen Hof zu Coburg gehalten habe, welcher in der Pforta begraben lieget. Ex Chronico MSS. Grimenſi Davidis Fabri, pariter conſtat: fratres Ordinis Auguſtiniani hoc Coenobium priſcis temporibus inhabitaſſe. In quo praeterea commemoratur: quod ab Abbate Cellae Veteris, quem multi *Burchardum* fuiſſe exiſtimant, fundi quidam ad Abbatiam Vetero-Cellenſem ſpectantes, Grimenſi Monaſterio, ad meliorem ſuſtentationem Monachorum, centum & quadraginta marcis Freybergenſis argenti, empti ſint: annus vero, qui ibidem apponitur, nempe 1290. mihi valde ſuſpectus videtur, eamque ob cauſam Schlegelius in Tractat. de Cella veteri p. 65. hanc Fabri narrationem in dubium vocat. A primo ergo fundationis tempore, usque ademendatam per. Martinum Lutherum religionem, hoc Coenobium fratres Auguſtiniani inhabitarunt. Nam A. 1529. omnes fere ex eo diſcedere juſſi ſunt fratres, praeter ſenem illum Caſpar. Thielium, quem Viſitatores Eccleſiae infimum Scholae oppidanae Collegam, quem vulgo Collaboratorem vocant, conſtituerunt, ne in otio, & ſine labore, panem comede-

ederet, acceptis quotannis 30. florenis. Postremus Monachorum Praefectus, qui Prior appellatur, fuit *Joannes Weismantelius*, Turnavia, in ditione Culmbacensi oriundus, qui huic muneri 47. annos praefuit, & mortuus est Anno 1552. vid. Chron. MSS. Grimense ad hunc annum. In vacuo hoc, & a Monachis relicto Coenobio, Sacerdotibus civitatis Grimensis habitacula concessa sunt, quae ab eo tempore, usque ad Annum 1550. retinuerunt, quo nempe schola nostra condita, illisque alia aedificia ad commodam habitationem a Senatu oppidano attributa sunt. Monialibus etiam Coenobii Nymitschensis, quod alias Thronus Mariae, seu B. Virginis, dictum est, et ordini Cistercienſium sacrum, facultas data est, ex claustris exeundi, et Pontificiorum regulas & Canones repudiandi, eo tempore quidem, quo opera & labore Martini Lutheri emendatio religionis jam susceptа erat. Ipse enim Lutherus unam ex Virginibus hujus Coenobii, non vero Abbatissam, ut Varillasius existimat, & quidem nobili prognatam stirpe, Catharinam a Bohren, tori sociam sibi adscivit, quae, relictis claustris Coenobii hujus, ipsa hebdomade sancta, quae Paschatis diem festum praecedit, ope civis cujusdam Torgavienſis, Leonardi Coppenii, anno 1523. una cum aliis octo Monialibus erupit, meliora jam ex scriptis & Concionibus Lutheri edocta, & Anno 1525. ei vitae torique socia data est, nuptiis solenni ritu d. 27. Junii Vitem-

berg-

bergae institutis. Convenientius enim ille existimavit habere uxorem, & haec nubere maluit, quam religione obstringi, quae servari a paucissimis posset, cum & Verbum Dei Viris, Ecclesiae addictis, praeciperet. vid. Dn. D. Mayeri Dissertat. de Catharina Lutheri Conjuge. In Scholae ergo nostrae usum & hoc Coenobium datum est, quae id ab eo usque tempore retinuit, & adhuc ejus agris, pratis, & aedificiis, fruitur, & Alumnis nostris, aestatis tempore, ob singularem loci amoenitatem, animi & corporis recreationem praebet. Hoc Monialium Coenobium a Marchione Misniae Henrico illustri & munifico fundatum esse scribit Peccensteinius Theatr. Sax. P. 2. pag. 70. Anno 1543. jussu *D.* Mauricii duas Provinciales scholas institutas esse, & quidem Misenensem d. 3. Julii, & Portensem d. 1. Nov. ab aliis jam dictum est. Nostra vero, & tertia quidem schola Illustris, Anno 1550. d. 14. Septembr. die Exaltationis Crucis Christi inaugurata est, praesentibus Praeceptoribus quatuor, & Oeconomo primo VVolfgango Drechslero, Coenobio Cellae Veteris hactenus praefecto, quem Priorem vocant. Vid. Schlegel. de Cella Veteri p. 135. qui hoc munere per duos annos functus est, mortuus enim Grimae 1552. accersitis ad honorem literarium, ut Chronicon habet, quod in honorem Scholae interpretor, Quaestore oppidi, Nicolao Petschio, & Consulibus Grimensibus, una cum Pastoribus Ecclesiasticis, Domino M. Jo. Schreinero, Antistite Sacrorum, etaliis: Coram

ram quibus habuerunt Orationes, Rector Siberus, & Drechslerus, Oeconomus, inveſtiendi ludi gratia. Deinde prandium laetum praebitum eſt, ad augendam rei laetitiam. Manet ergo fixum certumque, die 14. Sept. hanc ſcholam inauguratam eſſe. Initium vero Lectionum publicarum, die octavo Septembr., aliquot diebus ante, factum erat a Praeceptoribus, die nempe natali Adami noſtri, de quo ex Chronico Grimenſi. MS. jam ſupra plura dixi §. 1. Ceterum Siberus jam ipſo die Aegidii d. 1. Sept. Grimam Chemnicio venerat, eodem die quoque Oeconomus Drechslerus: ante octavum vero diem nullam Lectionem publicam habuit Noſter, ut ex Annalibus ſcholae noſtrae MS. p. I. conſtat. Initium Ludi noſtri illuſtris ipſe Adamus Carmine expreſſit, quod legitur in Carminibus p. 552.

Secula tranſierant quando ter quinque peracta
Poſt ortum Chriſti luſtra decemque forent,
Ejecto, Schola, cum templo Molocho, iſta Bahalis
Sacrata, eſt rurſus, ceu fuit ante, Deo.
Hic Muſas ſummo doctas ſervire parenti,
Principis Enſiferi cura benigna foret.
Tecta ſit iſta tuo myrmecia parva favore,
In laudes & eam, Chriſte, tuere tuas.

Cum hoc modo Schola noſtra illuſtris conſtituta eſſet, Viſitatores in eam, quatuor finitis annis, miſſi ſunt, qui aſſiduam diſcipulorum diligentiam

Digitized by Google

am in ſtudiis, & Praeceptorum in muneribus Scholaſticis laborem obſervarent, & quae fortaſſe ab his neglecta & omiſſa ſint, emendarent. Prima Viſitatio facta eſt An. 1554. praeſentibus, Doctore Aleſio, D. VVolfgango Meurero, Joachimo Camerario, & Philippo Melanchthone, quod ex Annalibus Scholae noſtrae patet p. 18. Poſthanc plures omnino, praeſentibus Camerario & Melanchthone, inſtitutae ſunt, de quibus Laurentius Peccenſteinius in Theat. Saxon. P. III. p. 72. mentionem facit, & commemorat hos eruditos viros in Viſitatione quadam de vera appellatione urbis Grimae varios ſermones inſtituiſſe, his quidem verbis, quae exprimere malui: Von dem Nahmen der Stadt Grima ferner zu diſcuriren, iſt wohl nicht ohne, daß ſich vielgelehrte Leute und in beſondern meine lieben Praeceptores Fabricius und Siberus, beyde Seelige, als auch der Hochgelahrte Mann, Joachimus Camerarius, darum bemühet, derſelben rechte Deutung zu geben, und muß ich alhier referiren, was aus ihrem Munde, in meiner Jugend, ich ſelbſten auf einer Schul-Viſitation, pro & contra, davon unter ihnen diſceptirende, in Beyſeyn etlicher vornehmer Perſohnen, vorm Tiſche auffwartende, mit angehöret, daß erſtlich Camerarius, als der älteſte, der Meynung geweſen, Grima habe den Nahmen a Cremando, denn die Soraber-Wenden, als Ethnici, ſo dieſen tractum regionis von langen Jahren bewohnet, hätten nicht

allein in dieſem, ſondern mehr Oertern ein Idolum Zoernevvitz, quaſi lumen Soraborum, oder Sorbenwitz, gehabt, ſo gräßlich und ſchwartzer Geſtalt geweſen, in der einen und rechten Hand eine Lampe mit Feuer, in der andern aber ein Schwerdt führend, nicht allein hoch veneriret, ſondern demſelben auch alle Jahr, einen lebendigen Menſchen, mit groſſen Ceremonien auffgeopffert, und im Feuer zum Himmel geſchickt ꝛc. Fabricius aber dieſes vorgeben: daß es vielleicht a Chrema, oppido inſigni Tartariae, welche die Sclavi erbauet, und von daraus getrieben worden, ad memoriam illius loci, alſo anderweit genannt, und müſte ein alt Vandaliſch Wort ſeyn, wie es aber zu deuten, könte er nicht wißen, von ſolchem Ort und Wort, denn auch noch heut bey Tage die Tartaros Praecopenſes man Chremeos von ſolchen ihren Hauptſitze nennen thäte. Siberus endlich faſt jocoſe vorbracht: Er hielte es mit dem Herrn Camerario, der es a cremando, nachmahls, wegen ihres Teuffliſchen Brauchs und furore animi, Menſchen zu opffern: oder daß es ſo vielmahls und offte ausgebrannt, quod igni ſaepius cremata ſit, den Nahmen haben müſte, und darmit beſchloſſen: Sive Crema, ſive Grima, modo mihi ſit Crumena, ad Minervam excolendam, & diſcipulos meos bene erudiendos inpietate & moribus, darbey es damahls blieben. So ich als ein junger Knabe wohl auffgenommen, und mir

von

von meinem Vater selig, Verwaltern damahls, schrifftlichen zu verzeichnen, befohlen. Eandem sententiam Adamus in Carmine ad Henricum Paxmannum, Medicum, fovet de urbe Grima in Poemat. pag. 415. canens:

Adde pares gerimus quod fasces, spretaque sceptra
Spreta quidem mundo, sed tibi grata, Deus.
Tuqua Slesiacas inter caput extulit urbes
Goltberga, hospitium nobile Pieridum:
Ipse sed hic, ubi Moldiadas sacra dicere nymphas
Carmina Grima audit, semi cremata Deo.

Aliis etiam Grima Astrapaea dicta est, quod Vandalorum lingua fulgetrum, sive Coruscationem notat, de quo supra dixi. Andreas Ellingerus, Medicus, in Carmine de obitu Christophori Schellenbergii de urbis Grimae nomine haec conscripsit:

quam, a fulgure nomen adepta,
Henetum quod hanc gens condidit,
Grima fovet.

Neque ignota est appellatio hujus Urbis Laurentii Peccensteinii, quam Vandalis tribuendam esse scribit: Horum enim lingua vocabulum Chrem, seu Grim, idem notare, ac adorare, implorare, & probare contendit, *Janum Bifrontem*, in ponte collocatum, olim in hoc loco,

religioso cultu gentes imploraſſe, & inde huic urbi nomen Grim dediſſe, juxta diſtichon illud:

Urbs antiqua jacet, veteres dixere *Furorem*,
In qua *Bifrontis* templa fuere *Dei*.

conf. Poligraphiam ejus p. 74.

Quemadmodum vero nemini non eruditorum haec urbs Grimenſis, ob amoenum ſitum, & ſalubritatem loci, placuit: ita praecipue Philippo Melanchthoni, magno illi Germaniae Praeceptori, & Muſarum Grimenſium Patrono, jucundiſſima fuit, quod in Epiſtola ad Joachimum Camer. p. 520. fatetur, his verbis: Nullum in „hac tota Myſiae ora oppidum eſt, inquo ma„lim vivere, quam Grimae, ob loci ſalubri„tatem. Et pag. 521. ad eundem: Inter „decora oppidi Grimae hoc quoque narratur, „natum ibi eſſe Ducem Saxoniae Albertum, cu„jus ſimilem Principem ſi nunc Germania habe„ret, non ſolum ornamentum, ſed ἔρκος καὶ σ῎ρις„μα, ut Pöetae Duces magnos nominant videret. „Qui Albertus celebravit ſaepe hoc proverbium: „*Sibi, quia Grimae natus eſſet, prolixio„re ſomno opus eſſe, quia pueri Grimen„ſes ſint ſomniculoſiores ceteris.* &c. „Arbitror itaque naturae Petri (quem commen„daverat Patronis ad Scholae oppidanae Recto„ratum) hunc locum non male congruere. d) Collegas ſ. laboris ſocios, adjunctos habuit tres Adamus noſter, in provinciae hujus adminiſtratione, quod ex Annalibus MS. Scholae noſtrae

noſtrae p. 2. patet. Adami noſtri, primi Rectoris, ejusque meritorum in rem Scholaſticam memoriam Carmine celebravit Martinus Hayneccius, Bornenſis, tertius hujus Scholae Rector, & in Natalitiis Ludi illuſtris Grimenſ. 14. Sept. A. 1608. natali Ludi ineunte quinquageſimo nono, ſubiunxit parentationem SS. Manibus defunctorum tum Principum Saxoniae Elect. tum Magiſtrorum hujus ludi. De Adamo noſtro ſequentia Carmine expreſſit, quod Celeberrimus Dn. M. Vinholdus, Cygn. Scholae Rector, mecum communicavit:

Hos inter claſſem *Siberus* ducit *Adamus*
Arte vir, ingenioque potens, Latioque politus,
Eloquio gravis, aſſiduus, patiensque laborum;
Cui prius haud aliquid ſincero dogmate Chriſti.
Vivaque cuncta viri, monimenta & ſcripta loquuntur.
Is Ludo auſpicium, Crucis exaltante trophaeo
Luce dedit feſta, prima & fundamina jecit,
Et ſeriem doctrinarum praeſcripſit etartem.
Sic prope luſtra docens ad canos integer annos
Septena, exemplum fidei conſtantis honeſtum
Pieriae fuit, & durorum grande laborum.
Siberiae ſalvete umbrae, manesque beati!

Digitized by Google

Consortes primi, *Schreinerus*, cumque *Georgo Fröschelio*, cantu praeses *Reinmannus Ianus*.

Samuel Pufendorfius totius orbis literati ornamentum, patria Chemnicensis (ita enim se ipsum in Carmine jam adducendo appellavit, licet pagus Fleha, uno lapide Chemnicio distans, illi, & fratribus, Esaiae, & Jeremiae, ortum dederit, in quo Pater sacri coetus Minister fuit. conf. Excellentiss. D. Gundlingii P. I. Histor. Philos. Moral p. 58. Alumnus quondam Scholae nostrae Provincialis, ab an. 1645. d. 3. Sept. usque ad an. 1550. d. 18. Sept. in Carmine seculari, Jubilaeo primo Scholae hujus an. 1650. XVIII. Cal. Octobr. habito, omnium, & primorum praesertim Praeceptorum hujus Gymnasii piis manibus & umbris, more solenni, parentavit, Lipsiae impress. eod. anno. his versibus:

Nunc ad vos venio, clarissima Sidera Ludi,
O Praeceptores jugi pietate colendi.
Quos inter primas sibi vendicat ille *Siberus*,
Qui princeps nostri tractavit sceptra Lycei,
Vir magno ingenio, & cuncta versatus in arte,
Quique Scholae grandes poterat perferre labores,
Hic ferme docuit septena per integra lustra,
Ac multos celsi deduxit in ardua Pindi.
Nunc felix placida sopitus morte quiescit.

Vos

Vos umbrae ſalvete piae, manesque beati.
Huic ſocias junxere manus *Schreinerus*, & omni
Doctrina tinctus *Schelnbergius*, atque politus
Fröſchelius, melica nec non inſignis in arte
Reinmannus, modulis animos mulcere peritus.

Tres hi Collegae innovis, muneribus novaque hac Schola, pari cum Adamo pietate, eruditione, & fide, praediti fuerunt, quos ut merita maſtavit laude Martinus Hayneccius in Carmine citato: ita pariter Sam. Pufendorfius eorum memoriam commendavit. *M. Joannes Schreinerus*, Grimae natus fuit, Patre, M. Joanne Schreinero, primo Paſtore, & Antiſtite ſacrorum Grimenſium, poſt Lutheri reformationem, adquem Lutherus & Melanchthon ſaepius literas dederunt, quas legimus paſſim in Operibus Lutheri. Filius igitur hujus primi Antiſtitis, Joannes, an. 1550. d. 14. Sept. hujus Scholae ConRector inauguratus eſt, cui muneri per 40. annos praefuit, usque ad annum 1590. d. 29. Jul. quo mortuus eſt, aetat. 64. & Rectori ſuo primo ſuperſtes fuit. Adamus noſter Epigramma in hunc Schreinerum, Collegam, ſcripſit, quod legitur libr. Epigr. p. 559.

Auſpicium nobis, qui Grammata *Iane* docemus,
Heu! Maro non felix, Arma Virumque canit.

Digitized by Google

Hinc profugus fato terris jactatur & alto
Vis superum, saevae tum premit ira Deae:
Multa quoque & bello patitur; quid gramma tradis
Schreinere, o pueris, si miser esse negas?

Hoc ConRectore Primo natus est filius, Tobias, qui Rector Scholae Mittweydensis vocatus est. Hic vero denuo suscepit filium, Joannem, Mittweydae anno 1621. d. 23. Decembr. natum, qui vestigiis avi insistens pariter anno 1626. d. 25. Oct. nostri Gymnasii ConRector constitutus est, & 40. annos hanc provinciam administravit, usque ad. an. 1668. Filiam, Annam Dorotheam, Theodoro Christiano Thurino, Medicinae Licentiato, in matrimonium dedit.

M. Georgius Froeschelius, Bucholcensis, Collega Tertius anno. 1550. d. 14. Sept. inauguratus est, & vix septem annos huic muneri praefuit Mortuus enim an. 1557. d. 2. April. & successorem nactus est Christophorum Schellenbergium, Generum Siberi nostri. De quo ipse Schellenbergius, in Annalibus Scholae nostr. MSS. p. 30 scribit; Anno. 1557. Ego Chr. Schell. die Petri Pauli Grimam veni accersitus literis Adami Siberi, postea Socerimei, ad Scholasticam functionem in illustri ludo provinciali Electoris Saxonici, sed de his infra in vita Schellenbergii. Monimentum Froeschelii in templo Collegii hoc est;

D. S.

D. S.
GEORGIO FROESCHELIO
BUCHOLDINO
LITERAS HIC DOC: VIX
A. XXXIV. NAT.
OB. IV. NON. April. MDLVII.

Joannes Reinmannus, Mülhuſinus, die 14. Sept. 1550. Cantoris provinciami in Gymnaſio noſtro ſuſcepit, An. 1590. d. 13. Jul. aetat. 64. mortuus eſt. Hic Carmen in nuptiis Jacobi Furmanni, Blandinam Siberam, uxorem ducentis, confecit, quod legitur inter Carmina nuptialia Furmanni Lipſiae ap. Jo. Rhambam an. 1578. 8. Egregium etiam Carmen in gloriam JESU Chriſti, & e morte in vitam revocati triumphum, edidit, quod Lipſiae ap. Jo. Rhambam an. 1575. excuſum poſſideo in 4. Dedicatum Nobiliſſimis D. D. D. Georgio, Bernardo, & Davidi, ab Hirſchfeld, fratribus, Dominis, & Patronis ſuis colendis. Extat Carmen Ad. Th. Siberi in Exequias filii hujus ſenis, qui Medicinae Doctor fuit, conſcriptum, quo Patrem ob immaturum obitum filii hujus conſolatur vol. I. orat. & Praef. p. 314. Leguntur etiam Threni Amicorum, Joachimi Bucholdi, M. Jo. Albini, M. Jacobi Furmanni, M. Daniel. Selnecceri, Joan. Schellenbergii, in Cantoris noſtri ſeptem liberorum mortem immaturam. Lipſiae ex Officina typographica Abrahami Laurembergi. an. 1587.

Digitized by Google

Monimentum Sepulchrale in Collegii hujus templo ſupter chorum a Rectore, Mart. Haynecccio, confectum hoc eſt:

I. CHO. S.
JOANNI REINMANNO
VIRO INTEGERR.
MUSICO EXCELL. IN. ILL. LUDO
AN. XL. DOCENTI. MORT. D.
III. JUL. A. MDXC. AET. LXIV.
UXOR. FILIA. GENER. SUPERST. P. P. R.

Plura de primo hoc Cantore Gymnaſii noſtri illuſtris in Annalibus MSS. habentur pag. 168.

e) Die ſuo natali Rectoris provinciam ſuſcepit Adamus, die VI. Idus Septembr. An. 1550. & d. 14. Sept. publice inauguratus eſt, de quo jam ſupra §. 1. in Notis diximus, teſtemque produximus M. Jacobum Furmannum, ſucceſſorem & generum Siberi, qui part. III. Margarit. Scholaſticae Adami, & quidem in Epiſtola dedicator. ad Alumnos ſcribit: Quo die „Schola illuſtris aperta eſt, idem dies fuit nata„lis Adami Siberi, quo in lucem A. 1516. in„greſſus eſt, quem annum Poetae illud hemi„ſtichion in ſe comprehendit. nVsqVaM tVta „fIDes. Et eodem, quo ipſi commiſſa eſt die „ludi illius Rectura, annos natus fuit XXXIV. „& totidem annos ibidem vixit, additis diebus „XVI. Qui quidem anni ſi colliguntur, aetatis il„lius tempus, ad quod vivendo pervenit, appa„ret. Nam VIII. Cal. Octor. 1584. ex hac miſe-

„miseria mortalique vita in felicem atque im-
„mortalem emigravit, non parvo sui desiderio
„viris bonis, & nobis in primis, relicto.

XI. Sic satis spectavimus, quibus in locis Adamus juventutem publice docuerit, & qua fide, studio, & industria muneribus suis praefuerit. Nunc ordo nos ducit ad duplex ejus Connubium, quo desideratissimas thalami socias sibi coniunxit, cum quibus singulis summa animi tranquillitate vixit, & liberos bonae indolis suscepit. Prior tori socia fuit ANNA HEINEMANNA, Valentini Hertelii, Primi Rectoris ludi Chemnicensis post mutatam religionis formam, filia, ornatissima Virgo, quae moribus & forma Adamo conciliata secundae & adversae fortunae consors fuit a). *Chemnicii cum hac nuptias celebrans an. 1540. d. VI. Decembr.* b). *Undenos annos eam in matrimonio habuit, & tres liberos ex ea vidit, unam filiam, ANNAM, quae Christophoro Schellenbergio, Ludi illustris nostri Collegae Tertio, nuptui data, duos filios JOANNEM, & PHILPPUM ADAMUM, in cujus partu haec Anna, carissima Siberi portio, an. 1552. periit* c). *Obitu dilectissimae hujus tori sociae, & jactura*

Digitized by Google

ra liberorum ſuaviſſimorum magna triſtitia afficiebatur Adamus, nec unquam ad vota ſecunda tranſire volebat, quia in hoc animi moerore ſibi propoſuerat ſine Conjugio vivere, cum in hac conjuge omnis amor coepiſſet, & in ea deſiiſſet, & omnis flamma cum ea ſepulta eſſet. Sed pertaeſus tandem ſolitudinis & aerumnarum, quas Viduus perceperat, aptam ſuis ſtudiis, & vitae accommodatam, quae ſecunda & triſtia quaeque perferret, quaerebat, d) *eamque putabat eſſe* ANNAM FUSIAM, *filiam* VVOLFGANGI FUSII, *Chemnicenſis Eccleſiae Paſtoris, & Antiſtitis praeſtantiſſimi, quam ſibi, praemiſſis precibus, a quibus merito in arduo hoc negotio primordia capiebat. an. 1556. connubio jungendam curabat.* e) *Quam in deliciis quoque habens usque ad extremum vitae ſpatium tranquille cum ea vixit, & undecim liberos ex ea vidit, quinq; filios:* JO. HENRICUM, JO. VVOLFGANGUM, ABRAHAMUM *omnes in prima l. infantia l. pueritia, e vita migrantes,* ADAMUM THEODORUM, *Eloq. Profeſſ. in Academia Vitemb. &* HENRICUM DIONYSIUM, *Paſtorem Eccleſiae Sprottae: & ſex filias,* CATHARINAM, MARIAM, EVAM, EHREN-

RENDRUDEM, SUSANNAM, BLANDINAM, *quarum priores quatuor morte praematura Patri ereptae sunt, duae posteriores autem ei magno gaudio & delectationi fuerunt.* f).

a) *Valentinus Hertelius*, primus Rector Scholae Chemnicensis, socer Adami nostri, prout ipse eum nominat in epistola MS. ad Steph. Rothium, Anno. 1541. Chemnicii Ipsis Bacchanalibus datam: Salutat Te socer meus, Val. Hertelius, Conjux mea Anna. Hic Valentinus teneram juventutem in patria sua Chemnitii magna cum laude docuit post restauratam a Luthero religionem an. 1539. & in Papatu sine dubio Scholae hujus Praeceptor, & forte fuisse Rector fuit, ut existimat Clariss. M. Daniel Müllerus, de Schola hac praeclare meritus, in Epistola ad me hoc anno data. Praefuit huic muneri Hertelius ad mortem usque, ad annum scil. 1548. Hujus Successor Siberus noster fuit, quem ipse constanter amavit. Rivio fuit percarus, qui in dedicat. Castigationum Locorum quorundam e Bruto M. T. Ciceronis & Oratore ad Antonium Beuthetum, quae Saligniaci an. 1537. in 4. editae sunt, ejus mentionem facit, & sui perstudiosum appellat. vid. Illustris Gymnasii Portensis Celeberrimi Dn. Rectoris M. Schreberi vitam G. Fabricii, p. 83. qui in adducendo hoc testimonio otium nobis fecit. Rivius etiam hujus Hertelii nomen, tam san-

ſancte coluit, ut hortatu ejus Scholam Annaebergae aperire inceperit, de qua re lege Dn. VViliſchii Incunabul. Schol. Annaeb. p. 47. Hic ſocer Adamo genero percarus omnino fuit, cumque illo vivere ſemper gaviſus eſt, ſicut in epiſtola ad Steph. Rothium Freibergae An. 1542. ſcribit: Promiſit mihi „Hertelius in annum ſtipendium ſe XXX. au„reos, & liberam (ut ſic dicam) menſam datu„rum. Ipſe quoque malo apud Hertelium no„ſtrum, quam ullum alium, poſthac vivere. In„credibiliter enim ipſius jucunda conſuetudine delector. Legitur etiam Carmen P. I. Poemat. p. 393. quod de libris Hiſtoriae ſubterraneorum Georgii Agricolae ad eundem ſcripſit. Inprimis tamen Libr. Tumulorum p. 581. Epitaphium in honorem ſoceri ſui ſcripſit, in quo Viator & Charis inter ſe colloquuntur;

Vi. In tumuli quae fronte ſedes, quod moeſta puella
Nomen habes? Ch. Dicor blanda & amica Charis.
Vi. Quae lateri junctae? Ch. Clio, Cliusque Sorores.
Vi. Et docti ſitus eſt hic cinis ergo viri?
Ch. Eſt vero Hertelii. Vi. Cur ſervas ipſa ſepulchrum?
Ch. Quodque puer coluit me, coluitque ſenex.
Vi. Muſarum dignus lachrymis; ſed buſta frequentant

Cur

Cur pueri? Ch. Doctor quod fuit ille ſcholae:
Et teneram erudiit magna cum laude juventam,
Hic ubi Chemnicii moenia clara vides.
Vi. Nunc nimium rari doctique bonique magiſtri:
At tumulo illius quis dedit hos titulos?
Ch. Extincti luxit qui fata, Siberus Adamus,
Inferias Socero perſoluitque gener.
Vi. Diſcedo: ſit pax umbrae, tumuloque ſub ipſo
Et nardum cineri ſpiret, & urna crocum.

Annam Heinemannam impenſe amavit Noſter, & eo majore affectus eſt obitu ejus triſtitia, quo ardentiore animi affectu eam proſecutus. Carmen in obitum ejus quod conſcripſit, legitur Libr. Aeoloſt. p. 408.

Sicne jaces, ſic Anna tuo dulciſſima morte
Tam ſubita conjux eriperisque mihi?
E heu vox ſalvo caſu ſtupet intercluſa,
Et lacrymae attoniti lumina deſtituunt.
Tantum moeſta trahens imo ſuſpiria corde
Turtur ut amiſſa compare, triſte gemo,
Foedere tu juveni virgo conjuncta marito
Moribus & forma conciliata mihi.
Unde nos mecum vixiſti dulciter annos,
Unanimique fuit nulla querela toro.
Pauper eram, ſterili vitam tolerare cathedra
Cogebar, tenui pellere & arte famem;

Docta

Digitized by Google

Docta voluntatem patienter ferre Tonantis
Non invita tamen pauperis uxor eras.
Prospera tu mecum, sed tristia plura, tulisti:
Heu nimium sortis stamina furva meae!
Ipsa domum curare, viri lenire dolores,
Conjugis officium sedulo obire bonae,
Factaque ter genitrix, primum foecunda, videri
Pignora jam poteras nulla datura tori:
Non dubiae tandem tua cum fastidia, senas
Post messes, sobolis dant bona signa mihi.
Ergo alacer, quae non stulta tum gaudia mente
Ipse mihi finxi, sed renuente Deo?
Nunc animo conjux nostro gratissima rursus
Formosa faciet me mea prole patrem:
Laeta feram Christo salva pro conjuge dona,
Atque meis opibus carmine gratus ero.
Ipsa gravi genitrix partus defuncta periclo,
Qualia prole sua, gaudia quanta feret?
Hanc ea cum natoque suo, nataque fovebit,
Instituetque rudes cognitione Dei.

b.) Epistola Siberi ad Steph. Rothium MSS. haec est, qua eum ad nuptias has invitavit: „Nuptiarum diem constituimus VI. Decembris. „Itaque, quod te libenter pro summo tuo in nos „omnes, & me seorsim, amore & benevolentia „facturum, certo scio, vehementer rogo, ut prie„die ejus diei una cum conjuge tua & ceteris, quos invitavimus, amicis, Chemnitium venias, & tua prae-

praesentia nostras nuptias cohonestes, facturus in ea re nobis omnibus longe quam gratissimum. Divertes, huc cum veneris, ad scribam hujus Civitatis. Plura jam scribere non possum, nisi, ut tibi bene sit. Itaque vale, & nos ama. Chemnicii, XI. Novembr. an. XL. c) ANNA, filia, nata est d. X. Sept. anno. 1541. ut in Epistola ad Steph. Rothium Freibergae an. 1541. d. XI. Sept. data, scribit: Scito ad X. diem Sept. filiam mihi esse natam, incolumi matre. Unica superstes fuit ex priori hoc matrimonio, & postea nuptui data *Christophoro Schellenbergio,* Scholae Electoral. Grimens. Collegae Tertio (non enim ConRector fuit, ut M. VVilischius scribit declaris Schellenbergiis) Poetae admodum felici, qui uno eodemque tempore cum socero suo in Schola hac floruit, de quo scribit Lotichius in Biblioth. Poet. P. III. p. 59: Siberus Filiam non minus feliciter elocavit Christophoro Schellenbergio, Annaeberg. Misnico, Poetae quoque superiori, tempore non obscuri nominis, ita, ut trifido, velut isthoc nexu, eoque pereleganti, & patrem, & filium, & generum denique, optimos, atque elegantes Poetas contueri perpulchrum, occurrat. In nuptias Schellenbergii hujus clarissimi Epithalamia multa conscripta sunt an. 1559. inprimis a Philippo Melanchthone vid. Libr. Carm. Schellenberg. lit. K. 5. cujus epistola etiam legitur ibidem, quae sequitur:

Digitized by Google

Integerrimo Viro, eruditione & virtute praestanti Christoph. Schellenbergio, Amico suo, S. D.

Conjugium humanae divina Academia vitae „est, inquit Stigelius. Id gravissime & veris„sime dictum esse, longa oratione ostendi pos„set. Nam ipse ordo legum castitatis & testa„tur esse Deum, & ostendit, qualis sit. Et „conservatio societatis humanae praesentiam „Dei in genere humano monstrat. Deinde „conjuges in tota vita in multis magnis „periculis praesentiam Dei cernunt. Exercitia „etiam virtutum plurima accedunt. Quod i„gitur, ut Deo obtemperes, in conjugio casto „vivere decrevisti, pietas tua Deo grata est, „quem oro, ut tribuat Tibi, & pudicissimae „sponsae, faustum & felix conjugium, & servet „in his regionibus posteritati Ecclesias & po„litias. Tibi etiam, & Socero, gratulor hoc „Dei beneficium, quod simul in labore utilissi„mo Ecclesiis & politiis, tanquam παρασάται „vivitis. Accederem ad sacrum Hymenaeum, „nisi reditum aulae expectare cogerer. Spe„ramus enim intra triduum, Deo juvante, Du„cem, Saxoniae Electorem, cum comitatu, ad „futurum esse, qui ut laetus cum suis redeat, „faciat Filius Dei, Dominus noster JEsus Chri„stus, Ecclesiae suae custos. Mitto γαμήλιον „quod pudicissimae sponsae tuae exhibeas meo „nomine. Salutem socero, & vobis omnibus, „opto. Bene vale, die nono Septembr. 1559

Phi-

Philippus Melanchthon. Ipſe Adamus Siberus pro genero & filia votum ad Deum fecit ibidem:

Et autor, & probator,
Sociator & jugalis
Ades tori, Supreme
Pater, Patrisque verbum,
Et maxime utriusque
Flatus, novoque ſponſo
Fave, novaeque ſponſae:
Qui ſe tuas ad aras
Siſtunt tibi: dediſti
Quam filiam Sibero,
Juſſu tuo Siberus,
Schellenbergio maritam
Libens volensque trado. &c.

Fecit & Adamus Carmen ex proverb. Sal. cap. 31. in his nuptiis, & ſpeculum honeſtae matris familias propoſuit. Vid. Chriſtoph. Schellenberg. Carmina nuptialia ibidem. Eodem honore proſecuti ſunt has nuptias Georgius Fabricius, Chemnicenſis, Jacobus Strasburgus, Freibergenſis, Martinus Salbachius, Vitebergenſis, Michael Barth, Annaebergenſis, Gregorius Berſmannus, Annaebergenſis, Valentinus Tilgener, Annaeberg. Tobias Beutherus, Annaeberg. Caſpar VValterus, Annaeberg. Vid. Libr. I. Carm. Chriſt. Schellenbergii ex officina Vogelii: Tempus nuptiarum hoc diſtichо expreſſum eſt:

ChrIſtophoro ConIVX SCheLnbergo VbI
ContIgIt Anna,

LUX SepteMbris IIt ter noVa bIsqVe qVater.

Sedecim annos in matrimonio hanc Annam habuit Christophorus, & septem amoris pignora ex ea suscepit. Mortuus tandem Grimae anno. 1576. XII. Kal. Febr. & quatuor liberos superstites reliquit orphanos, nilque divitiarum & opum, unde nutriri possent. Tumulatus est in aede Sacra Collegii Scholastici illustris ad *Mol*dam. Tumulo saxum impositum, operaSiberi, soceri, hac inscriptione donatum:

CHR. SAC.
CHRIST. SCHELLENBERG.
ANNAEBERG.
GENE. ET COLLE.
AD. SIBERUS
M
DLXXVI.
XIII. KL. FEBR.

Avus igitur, Adamus noster, rogavit & invitavit amicos Schellenbergii, praesertim vero Dn. Ehrenfridum ab Ende, ut in hac necessitate Viduae & nepotibus succurreret:

At quiâ adhuc restant pueri bini atque puellae
Estque minus nihilo, unde queant nutririer, usque
Divino, sine nare queant dum cortice, dono:
Vos, cum Schelnbergo, queis consvetudinis usus

Ces-

Ceſſit, & inter amor Heliconis propter alu-
mnos,
Conſulite in medium, & natis ſuccurrite amici
Tuque adeo in primis cui Nubis nobile Hiobe
Dat caſtri nomen Pater Ehrenfridus ab Ende,
Quem puerum docuit, cui primas tradidit
artes,
Chriſtophorus, fratrique tuo: deprome benigna
Dextra aliquid, tibi Siracides quo dicere
poſſit:
Sis orbo genitor, miſerae viduaeque maritus,
Et te quam mater multo plus diliget ipſe
Qui Deus, & terras & coelum Numine torquet.

Edidit Chriſtophorus Carminum nuptialium libros duos, ex officina Vogeliana, quos Paulus Jenifius in Chronico Annaeb. P. I. p. 72. multae ſvavitatis & elegantiae Carmina vocat. Unus inter filios Chriſtophori fuit *Joannes Schellenbergius*, patri ſimillimus, qui Grimae natus, in patria primum per novem annos in Schola oppidana docuit, (non in Schola illuſtri, ut Clar. Dn. VViliſchius in epiſtola de claris Schellenbergiis ſcribit) poſtea an. 1603. d. 13. Sept. vocatus eſt Gymnaſii Freiberg. Rector, cui per novem & triginta annos cum laude praefuit. Obiit ibidem an. 1642. d. 23. Maj. Vixit annos 77, In Cathedrali Freibergenſ. Templo Epitaphium ejus legitur:

CHRISTO SACRUM.

M. Joan. Schellenbergius, Grimenſis, Scholae

Freibergenſ. Rector, Chriſtophori, Ludi illuſtris Grimenſis Profeſſoris, filius, Adami Siberi ex filia Anna nepos, pede ſequaci Avi & Patris veſtigia preſſans juventutem Scholaſticam bonas artes docendo per annos XLVIII. minus ſeptim. & diebus IV. obiit an. 1642. d. 23. Mai. Hor. 10. noctis, cujus anima cum Deo:

Addictus vixi Chriſto, Muſisque Scholaeque,
Contrivi ſtudiis corpus & ingenium.
Chriſte laborantem hic quem Grux denſiſſima preſſit
Sanguine parta tuo vita beata mihi.

Vid. Scripta ejus ap. eundem VViliſchium c. l. Ut igitur ordine omnes, qui ex Adamo noſtro per hanc Annam orti ſunt, videamus, & filios, & nepotes, & abnepotes &c. placet hoc loco ſeriem apponere, quam Ampliſſimus Dnus Fellerus, Sereniſſ. Duci Saxo-Vinarienſi ab Epiſtolis, mecum communicavit, cui tamen non pauca addidi ex MS. Biblioth. Cygneae, & ex literis Amicorum;

Ste-

Henricus Sil
ſtitutione C
orum, ut & F
Electoris Sa

Sibe- Henl.
ofeſſ. cion
616.

o- Joan
ui VVu
vid.
Iac.

Digitized by Google

Haec ANNA, Schellenbergii vidua, mortua eſt ann. 1576. VI. KL. Decembr. in cujus memoriam Epitaphium ſcripſit Pater, A. Siberus:

Frigida Schelnbergi hoc uxor cubat Anna, Siberi
Filia, poſt ſeptem condita luſtra ſolo.
Octo bis exegit vitae cum Conjuge Conjunx
Annos, ſepteno pignore facta parens.
Inde domo vidua pauper, cum paupere turba
Suſtinuit Lunis triſtia ſigna decem.
Morte cadit ſubita, coelo mens reddita, corpus
Adventum expectat, maxime Chriſte, tuum.

Joannes Siberus natus eſt an. 1563. IIX. Id Febr. et mortuus in prima pueritia, de quo Pater Adamus in Epigram. p. 560. ita:

Prima bonae mentis ſit cura, ſit altera morum,
Tertiae litterulas perdidiciſſe bonas.
Quae virtute caret, non eſt doctrina putanda,
Et Chriſtum ignorans bellua totus homo eſt.

De *Adamo Philippo*, in cujus partu mater periit, ita ſcribit Pater:

Siberi Adami Adamus hic Philippulus
Natus quieſcit cum beatis & piis,
Qui menſibus vixit tribus, ſignum dabit
Terris cremandis buccinae quando ſonus,
Idem reſurget cum beatis & piis,
Deo fruetur omnibusque ſeculis.

d.) Apponimus hoc loco Carmen, quod Libr.

Digitized by Google

II. Aeoloſt. de ſecundo Conjugio, quod animo meditabatur fecit p. 416.

Aſper eram, uxoris carae poſt fata loquebar,
Et, poſſe abrupto vivere conjugio:
Non mihi non curas ullas Amathuntia, collo
Altera non iſti vincla puella dabit:
Inferiorne fide maculoſa tegmine lynce,
Inferiorne fide turture dicar ego?
In te cepit amor meus, in te deſiit, uxor,
Tecum flamma omnis noſtra ſepulta jacet.
Audiit, & quam ſunt hominum contraria noſtris
Decretis, dixit, qui regit aſtra, Deus:
Nec mora, cum triſti paulatim pectore frigus,
Ceu glacies Phoebo victa tepente, fluit:
Strata magis ſolito nobis jam dura videntur:
Longa mihi nox eſt, eſt mihi longa dies.
Do gemitus, cauſa non apparente, Lyaei
Gratia nec ſtomachum, nec juvat ora cibus.
Membra notat pallor, gravis eſt mihi turba ſodalis,
Non venit ad curas Muſa vocata meas:
Intima ſubrepens mihi ſcilicet ardor in oſſa
Conjugii inſinuat blandulum amorem animo.
Ergo ſeni propior, primo quam flore juventæ,
Ingrediens rurſus templa, maritus ero?
Tergaque praecedet tundat qui taurea, dulci
Praecedet ſponſum tibia curva ſono?
Cur non? qui ſaevo Veneris torretur aheno,
Cum poſſet licito caſtus amore frui:

Offen-

Offendit demens Numen coeleſte, ſibique
Ipſe eſt exitii cauſa caputque ſui.
Eſt melius multo ſocialia vincla ſubire,
Gaudia conceſſi carpere conjugii:
Quam flagare dies noctesque ut Trinacris Aetna
Aut lympha Oetaeis Thermopylaea jugis,
&c.

e.) Ita ſcribit in Carmine citato pag. ſeq:
Et licet eſt aetas Veris mihi pene peracta,
Non erit autumni gratia nulla mihi.
Si talis placeo, ſi nos bona numina jungunt,
Da mihi, da dextram, Fuſia cara, tuam.

G. Fabricius, certisſimus A. Siberi amicus, Carmeu confecit, nuptiis ſecundis Adami noſtri ſacratum, quod legitur Libr. I. p. 432. Poem. G. Fabricii:

Bono, erudito, nobili
Vati Sibero, Fuſia
Pudens, honeſta, affabilis
Taeda toroque jungitur.
Quicquid probatis ac bonis
Boni rogatur a Deo,
Id omne veſtros in toros
Taedasque mitis conferat,
Si veſtra Joſephi haut minor
Integritate ſanctitas,
Et Aſnathae ſit clarior
Domi ac foris felicitas.

Socer fuit *VVolfgang. Fuſius*, aetate gravis,

& Chemnicii ſacrorum Antiſtes, qui tempore emendatae per Lutherum religionis multum auxilii praeſtitit Eccleſiae in purgandis Pontificiorum quisquiliis, & inſignem exinde nominis famam in tota Miſnia, & praeſertim in urbe Chemnicenſi, quae oſſa ejus tegit, reportavit, quod foeda idola eorum removere laboravit, prout Adamus, gener, in Libr. Tumul. p. 588. fatetur:

Sit tibi terra levis, Fuſi Wolfgange, Siberus
Dans, opto, ſocero debita juſta, gener.
Inter eos, verbum qui purgavere ſalutis
Invectis laevo Numine quisquiliis.
Foeda removiſti templis idola, placentes
Conatus cultus reſtituiſſe Deo.
Nec pia ſucceſſu caruit doctrina, tuoque
Sunt aucta aeterni regna labore Dei.
Hoc, niſi grata parum, non Miſnia tota negabit,
Non tua Chemnicium, quod tegit oſſa ſolum.

Confer Dn. D. Godofredi Ludovici P. V. Hiſtor. Schol. p. 106. Fuit hic VVolfgangus antea Leisnicii & Coldicii Eccleſ. Paſtor, unde Chemnicium iterum evocatus eſt ſacrorum Antiſtes, ubi jam antea verbi divini Miniſter fuerat. Coldicii degens Lutheri judicium in dubia cauſa expetiit, ut legimus T. III. Altenburg. p. 518. ſeq. A. 1551. malevolentia quorundam apud Mauritium delatus munere ſuo exutus eſt. Calviniſmi vero eo tempore ſuſpectus eſſe non potuit,

ut

ut quidam falso tradunt, mortuus eodem anno d. 29. April. Haec *Anna Fusia* duos habuit fratres, Abrahamum & Isaacum, de quibus legi potest Carmen, quod scribit Adamus noster lib. 2. Aeolost. p. 427.

f.) Filios quidem quinque ex ea suscepit, sed non omnes superstites fuerunt. Nam *Joannes Henricus* infans obiit, in cujus Tumulum Pater carmen scripsit Tumul. p. 292.

Parvula Johannis sopita hic ossa Siberi
Post menses septem quinque diesque cubant.
Sanguine lota sacro Christi requiescit in ulnis
Mens infinitis perfruiturque bonis.
Nec timet aut Turcas, aut militis arma Papaei,
Errorum nullas traditur inque plagas.
Ter quater o pueri felices, quos levat omnis
Maximus expertes Christus ad astra mali.
Obiit prid. Id. April. 1567.

Joannes Wolfgangus brevi post partum obiit, de quo idem Libr. Tumul. p. 294.

Nomen Iohannis VVolfgangule adepte, quieti
Te luce dedis septima,
Sex sunt vita dies labor & dolor, otia Christi
Aeterna alumnis septima.
Obiit III. Cal. Sext. 1578.

Abra-

Digitized by Google

Abrahamus non diu quoque superstes fuit, de quo pariter Pater Libr. Tumul. p. 605.

Parvus est tumulus, capitque parvo
Sinu parvula parvuli Siberi
Abrahami ossula: praepotente surgent
At cum Numinis excitata jussu
Olim corpora, reddet ille Christo
Occursura Deo recluſus, aevis
Jam nec parvula, nec caduca, cunctis
In sacrae numerum aggreganda turbae.

Adamus Theodorus Siberus natus Anno 1563. VI. Febr. cum aetatis annum Pater ageret quadragesimum sextum. Cum indolem in hoc filio exoscularetur praeclaram, nulli diligentiae in illo a teneris unguiculis erudiendo parcens, animum, altioribus licet curis occupatum, ita tamen demisit, ut libellos, pueritiae filii accommodatos, elaboraret, & mox aliorum etiam usibus publicaret. Ex quibus cum is initia Latinae & Graecae Linguae partim in schola Grimensi oppidana, partim in ludo illustri, cujus Alumnus per integrum sexennium fuit, mature & feliciter arripuisset, unica Philippi Melanchthonis Grammatica minore, cui soli tum locum Adamus Siberus dabat, contentus, assidua praestantissimorum in utraque lingua auctorum lectione id assecutus fuit, ut in earundem notitia & usu pares haberet paucos. Dimissus e disciplina Patris, qui anno MDXXCIV. post Fabricium annis XIII. LXIIX. annorum, senex obiit,

pri-

Digitized by Google

primum quidem Lipsiae, deinde vero Jenae, studia sua continuavit, quorum scopus praeter exquisitam artium humaniorum cognitionem primarius fuit Juris Civilis tractatio, quam ad finem usque vitae retinuit. Post obitum Patris ascitus fuit inter Collegas Illustris Grimensis scholae, inter quos cum initio Quintum, deinde Tertium, locum per aliquot annos cum laude tenuisset, & veritatis coelestis, quam cum lacte materno hausam in sanctissima Patris disciplina penitus imbiberat, professione nihil haberet antiquius, loco cedere, quam cum iis, qui a puritate doctrinae Lutheranae declinarent, jugum ducere maluit. Itaque Rostochium se contulit, unde post aliquot annos reversus inter Academiae Vitembergensis Professores, ab anno MDXCIII. per annos XXII. locum obtinuit, primum quidem Poëtices, deinde vero Graecae linguae, postremis deinde annis, Eloquentiae Doctor constitutus. In quibus omnibus quid praestiterit, res ipsa loquitur. Quantus vero vir fuerit, illud ipsum argumento esse potest, quod tot Professorum partes unus obire potuerit. Vitam, quod veluti naturae ductu a sexu muliebri esset alienior, egit caelibem & solitariam, ut praeter famulum domesticum neminem fere circa se haberet, totus immersus libris, & occupatus excerpendis & colligendis iis, quae juventutis studiis aliquando prodesse possent. Qua de re cum eorum, quos diximus, autorum lectione, cognitionem, ad exemplum patris optimi, conjunxit

sacra-

Digitized by Google

ſacrae ſcripturae, & doctorum Eccleſiae antiquorum, maxime vero Graecorum, ut maximopere vitae uſura longior ipſi fuerit optanda. Verendum enim, ne magna eorum pars cum ipſo fine fructu poſteritatis abierit, cum quicquid non eſt peractum, pro non inchoato ſit ducendum. Recturam Academiae Vitembergenſis ſemel, Decanatum Collegii Philoſophici ter, geſſit. Cum autem, circa initium autumni S. Synaxi in publico Eccleſiae coetu poſtremum interfuiſſet, paucis poſt diebus quartana correptus, ab eo tempore publico fere abſtinuit. Et ſi autem & aetas adhuc vegeta, & corpus ab ipſa naturae conſtitutione ſatis validum, ſpem & ipſi, & ceteris, praebuerit de recuperanda propediem ſanitate priſtina ſatis bonam, quae res etiam fecit, ut ante poſtremum vitae diem cubile ſuum e cubiculo in hypocauſtum transferri noluerit, futurum identidem affirmans: ſi eo usque morbi violentia procedet, nec ibi ſubſiſtam. Tamen accedente, ut credibile eſt, ad quartanam eo mali genere, quod Apoplexiam Medici, & morbum attonitum, nominant, quod cito ſenſu motuque in omni corpore deſtructo, & corde ſuffocato, aegrotum jugulet, praeſagio reſpondit eventus. Cum enim Feriis Chriſti natalitiis cultum Deo debitum ſacris Concionibus legendis, & hymnis Eccleſiae canendis, aliisque exercitiis piis, devote praeſtitiſſet, & inprimis precationem illam Eccleſiae Germanicam: Erhalt uns HErr bey deinem Wort &c. frequenter

toto

toto aegrotationis tempore repetiisset mane in lectulo inventus est mortuus. Cum die V. Januarii Evangelii de Magis textum Graecum praelegi sibi curasset, & cum studiosis duobus, qui aderant, adolescentibus colloquia de illo Textu pia & erudita habuisset, & circa horam etiam noctis secundam nullum imbecillitatis vehementioris indicium dedisset. Sepultus est in Coemeterio suburbano inter sepulchra Collegarum & amicorum, Rhodomanni, Taubmanni, & aliorum, quod ipse a fratre M. Henrico Dionysio, & affinibus, jam olim ita curari voluit. Quemadmodum vita ejus satis clara, ita etiam scripta, quae posteritati reliquit, non sine laude commemorantur, in Elog. praecoc. ingeniorum p. 71.

1.) Oratio secularis in Acad. Vitemb. 1602. 8vo. 2.) Institutio Rhetorica, Epistolica, Elocutoria, & Elogium in Ciceronem Vitemb. 1608. 8. 3.) Orat. Praefat. Dissert. Epistolae & Carmina, VViteberg. 1606. 8. & Vol. II. 1614. sive Διαλέξεων Acad. Volum II. Vitemb. 1614. 8. 4.) Orat. & Praefat. Volum. I. Vitemb. I. 1617. 8. 5.) Gemma Gemmarum Vitemb. 1610. 8. (Errat Lotichius in Bibl. Poet. & cum eo Freherus, qui Patri Adamo haec tribuunt omnia, quae filio tribuenda sunt) 6.) Elogia quoque Ciceronis pleraque omnia immenso studio ex innumeris scriptoribus collegit. His adiungenda est editio Epistolarum Ciceronis, curante A. Th. Sibero, cum praefatione An.

16

Digitized by Google

1611. ſcripta ad Duces Saxoniae in 8vo ſaepe edita, quae in Elogiis his omiſſa. Merita Adami Theodori Siberi in Rempublicam literariam oratione panegyrica celebravit, menſe poſt obitum ejus elapſo quarto, M. Antonius Mylius, Georgii, magni illius Theologi, filius, Philoſophicae Facultatis Adjunctus, ſuoque Praeceptori carisſimo oratione Latina, eaque erudita, publice parentavit, prout ex Tabula in Academia VVitemb. publicata notum eſt factum X. Cal Jun. 1616. Confer. Centuriam ſingularem eruditorum caelibum Nobiliſſ. Dn. Carpenterii p. 56. De tribus profeſſionibus, quas in Acad. Vitembergenſi ſuſtinuit ipſe in Volum. I. Oration. Academicarum p. 219. ſcribit ad Studioſos Eloquentiae: „Bene habet: haec jam tertia profeſſio eſt, ad cujus munus intra annos quatuor, „annuente divino Numine, ſuffragantibus Academiae Antiſtitibus ad unum omnibus, approbante ratumque clementer habente illuſtriſſimae ſtirpis celſisſimaeque dignitatis Principe „Dn. Friderico Guilielmo, Duce ac Pro Electore „Saxoniae, adhibeor. Ac priores quidem illas „Poeticae ac Graecae linguae, ſuo quodam fato „tum uſas ſentio, tum functas. Nunc, quod „felix ſit, accingimur ad Oratoriam. Balthaſar Reineccius in Epithal. & Epicediis ſuis hoc Chronodiſtichon addit de Thedor. Adamo Sibero:

QVI genItore fVIt SIbero natVs ADaMo,
Aethere faX febrVI VIſa VbI ſeXta fVIt.

Gri-

Grimenſes intra patris ergaſteria Muſas
Doctus, & hinc artes cum pietate bonas.
Hinc Phyliraeque petens, Salaeque Lycea, Roſarumque
Ingenii excoluit dona per ampla ſui.

VVittenius in Diar. Biograph. vocat eum Doctorem J. U. de quo dignitatis gradu parum apud alios lego, neque ipſe Theod. Adamus ſe Doctorem J. V. nominari unquam voluit. Joſephus Scaliger in Epiſtola ad Chriſtianum Becmannum Lugduni Batavorum an. 1608. appellat Ad. Th. Siberum: Virum optimarum artium ſtudiis exculti ſſimum, & cum multis comparandum, qui familiam ducunt in hoc orbe erudito. *Henricus Dionyſius Siberus* Alumnus Gymnaſii noſtri fuit ab An. 1585. usque 1591. Philoſophiae poſtea Magiſter, & Paſtor paganus, & quidem Sprottae, qui pagus inter Ileburgum & VVurceniam ſitus eſt, de quo frater Ad. Theodorus in Epiſtola ad Janum Gruterum An. MDCXV. Cal. Maj. ſcripta fatetur: „Pater ſuperſtites reliquit me & fratrem, Hen„ricum Dionyſium, Concionatorem paganum. Dedit etiam frater Ad. Theodorus ad eundem epiſtolam, quae legitur Vol. I. Orat. & Praef. Academ. p. 300. qua commendat ei Lutheri ſcripta, & virgula cenſoria quaedam in fratre notat, quod idem fecit in Epiſtola, quae legitur p. 550. Vol. 2. „Orationes Parentis ſynodicas alias „mittam. Sed quo fine, deſcribas? ſcilicet ut „Latinam inde linguam pleniorem efficias, qua

Digitized by Google

„ad ruſticos utare. Quaeſo an non ſatis Latine „jam noſti? aut Pſalterium Parentis, quantum- „quantum eſt, cognoviſti? Nimirum ut ille ait: „Ciceronis de Republica libros deſideramus, & „hos de officiis negligimus, Equidem mallem, te „Germanica potius Lutheri frequenter & dili- „genter lectitare. Inde enim non ſolum Ger- „manam linguam noſtratem, ſed etiam Theo- „logiam genuinam, unaque opera δύναμιν „ἑρμηνευτικὴν καὶ δεινωσιν ῥητορικὴν diſceres. „Crede mihi ex nullo mortalium tantum profe- „ceris, non ex Demoſthene, non ex ipſo Cicerone, „quam ex uno hoc homine Germano, Lutherum „dico, quo ego nil ſtatuo facundius, diſertius, elo- „quentiusq; magisve rhetoricum aut oratorium, „magisve indicendi & vi, & virtute, & copia, ac fa- „cultate, excellens atq; divinum; aut poſſum ego „verbis ullis ſatis exprimere, quod ſentio? vel fuiſ „ſe, vel fieri potuiſſe. At viri & Theologi illius in- „comparabilis ſcripta hodie jacent, vilent, ſor- „dent, & eloquentia non magis curatur aut aeſti- „matur, quam lutum, quod calcatur pedibus. E- pigramma etiam ad eum miſit, quod legitur p. 389. Vol. I. Or. & Praef. Ipſe etiam Henricus Dionyſius Carmen ſcripſit in Patris ſui Canti- cum Canticorum, quod in editionibus quibus- dam huic additum legitur. Sprottae vero hunc M. Henricum Dionyſium Concionatorem fuiſſe, didici ex epiſtola, quae MSta in manibus meis eſt, Mariae, Viduae, Anno 1642. d. XV. Aug. ad Rectorem illuſtris ſcholae Grimenſis, ejusque

Prae-

Digitized by Google

Praefectum, data, qua iisdem Martini Schvvemleri, Organoedi Grimensis, filium natu majorem, commendat, rogatque, ut locus Siberianae familiae in hac schola a D. Mauritio Saxon. Electore concessus, huic cognato suo conferatur, cui Epistolae M. Adrianus Toepfferus, Scholae VVurcensis Moderator, curatorio nomine, rogatus subscripsit. Foecundum admodum hoc fecundum Siberi conjugium fuisse, non minus ex recensione quinque filiorum, quae jam instituta est, quam sex filiarum, quae nunc sequuntur, apparebit. In obitum CATHARINAE, infantis, Libr. Tumul. p. 579. ipse Pater Adamus scribit:

Frigida lugubris genitor Catharina Siberus
Condidit hoc tumulo corporis ossa tui.
Tellurique dedit, quod erat tellure creatum,
Pulveris ut fias, pulvere nata, cinis.

Maria in prima etiam infantia mortua est, de qua ipse Pater eodem Libro p. 601.

Bis luces natae octo novem mensesque Siberae
Compositae hic Mariae terra tegit cineres.
Complexu pendet mens felicissima Christi,
Dulcem haurit dulci illius & ore animam.
At nisi, qui pueros non in tua regna Redemtor
Admittis, similes moribus aut pueris.
In tua nostra sinas quoque brachia colla venire,
Jungereque optatis basia basiolis.

Evae obitum praematurum valde deplorat Pater in lacrymis Amicorum, & Tumulis recentibus, Lipsiae ap. Jo. Rhambam excus. MDLXXVII:

Lustra duo vitae geminaverat Eva Sibera,
Queis annum & menses quattuor addiderat.
Cum fessum ponit caput, ut succisus aratro
Flos, puerum sanctis inseriturque choris.
Accipe me, Pater, o gremio me, victa dolore
Clamabas: en te non ego, at ipse sinu
Exceptam Christus molli fovet: omnibus expers
In quo nunc gaudes gaudia mille malis.

III. Jdib. Aug. MDLXXVI.

Erendrudis parvula adhuc mortua est, de qua Pater in Tumulis citatis scribit:

Parvula Erendrudis conduntur membra Siberae
Hic, bis post menses quinque novemque dies.
Excita a Christo mens laeta revisit ad aethram
Angelicos inter gaudet & esse choros,
Qui Patremque Deum laudant, Natumque Parentis,
Spiritum & amborum, qui sacer ore fluit,
Concilio a quo se miser o quicunque gregatur,
Post te nos omnes, maxime Christe, trahe.

Susanna nupsit An. 1577. M. Balthas. Trautnero, Diacono Ecclesiae Grimensis, Adami Siberi olim discipulo, quod testatur Laurentius

Dra-

Drabitius, Coldicenſis, in Carmine nuptiali huic Trautnero ſcripto:

Trautnerum quoties non eſt numerare beatum,
Contigerit Suſanna cui, pia nata Siberi,
Uxor: nunc gener eſt, qui diſcipulus fuit ante,
Quantus honos: haec Trautnero non ultima laus eſt.

Plura Carmina & Vota Amicorum in nuptiis M. Balthaſſari Trautneri, & Suſannae Siberae, excuſa ſunt. Lipſ. Anno 1577. ap. Jo. Rhambam. Leguntur Vota ipſius ſoceri, Adami Siberi, itemque M. Georgii Lyſthenii, Illuſtriſſ. Electori Saxoniae iis temporibus a concionibus ſacris, Gregorii Berſmanni, Poetae inſignis, M. Martini Hayneccii Bornenſis, Collegae Siberi, qui & Graecum Carmen addidit, Martini Hofmanni, VVerdenſis, Carmen Elegiacum, Laurentii Finckelthuſii, optimar. art. Magiſtri gratulatio, M. Jacobi Furmanni, Libenverdenſis, qui fato connubia fieri Carmine probavit, Adami Theodori Siberi, in honorem Affinis & ſororis, Chriſtophori, Chr. F. Schellenbergii, Laurentii Drabitii, Coldicenſis, quod ultimo loco appareret.

Blandina, quam Anno 1578. in matrimonium duxit Jacobus Furmannus, Libenverdenſis, olim pariter diſcipulus A. Siberi, in hoc illuſtri Gymnaſio, in quo poſtea factus eſt Collega Tertius,

Digitized by Google

tius, post mortem vero sui Rectoris Anno 1584. ipse Rector constitutus est, & tandem ad Rectoratum Scholae VVitembergensis vocatus, in quo officio non ad finem vitae suae permansit, sed Academiae Professoribus postea adscriptus est. Vota autem Siberi, & amicorum, in hujus Furmanni nuptiis excusa sunt ap. Jo. Rhambam. Lipsiae 1578. Ipse socer Ad. Siberus vota fecit ex Ps. 128. sicut vitis abundans &c. Praeter haec leguntur etiam Carmina D. Nicolai Schneccerii, itemque Carmen nuptiale Hiobi Magdeburgi, Epigramma nuptiale alludens ad cognomen sponsi, Gregor. Bersmanni, Gratulatio M. Jo. Albini, Scolion: Haereditas Domini Ps. 127. M. Martini Hayneccii, Bornensis, votum Joannis VVanckelii, Kembergensis, Gamelion M. Balthas. Trautneri, affinis sui, M. Bernardi Hederici, Freibergii, Petri Loss. M. Joannis Reinmanni, primi Cantoris hujus Gymnasii illustris, ex capit. 5. Proverb. Salom. & Esa. 62. Balthas. Crusii, Laurentii Drabitii, Coldicensis, Christiani Schileri, Schnebergensis, A. Theod. Siberi, & Henrici Salmuthii, Henr. fil.

Illud hoc loco notari velim, quod ea, quae Clarmundus P. VII. vitar. de Conjugio Siberi nostri habet, minus sufficiant, sed incerta, imperfecta, & nullo ordine habito, exposita sint.

XII. Enarravimus Conjugia Siberi nostri, eorundemque foecunditatem satis spe-

ſpectavimus. Nunc ad virtutes ejus progrediendum eſt, quarum quidem non minor copia, quibus per totam vitam, imo etiam poſt mortem, magnam ſibi nominis gloriam comparavit, & immortalitatem fere conſecutus eſt. Principem vero inter has omnes locum jure ſuo meretur PIETAS, *quam ſupremam ſibi ſemper legem eſſe duxit. Semina hujus pietatis in prima infantia & pueritia hauſerat a Parente ſuo pio, & ſatis candido, poſtea etiam a morum Doctoribus, quorum fidei & curae commiſſus eſt, qui omnes ad verum de Deo ſenſum, & cultum, cum ſedulo informare laborarunt. Quorum culturae patientem aurem perpetuo accommodavit Adamus, & in primis verae religionis fundamentis inſignes progreſſus fecit, praeſertim cum videret, claram Evangelii lucem, rejectis fabulis & ſuperſtitionibus Pontificiorum, priſtino nitori iis temporibus reſtitutam eſſe, hominibusque facultatem datam, non cum ſanctis & demortuis, ſicut olim in tenebris Pontificiorum fieri ſolebat, ſed cum Chriſto, Servatore unico generis humani, per verbum & preces propius verſandi, ejusque merita, mortem, & paſſionem, rectius cogno-*

Digitized by Google

ſacrae ſcripturae, & doctorum Eccleſiae antiquorum, maxime vero Graecorum, ut maximopere vitae uſura longior ipſi fuerit optanda. Verendum enim, ne magna eorum pars cum ipſo fine fructu poſteritatis abierit, cum quicquid non eſt peractum, pro non inchoato ſit ducendum. Recturam Academiae Vitembergenſis ſemel, Decanatum Collegii Philoſophici ter, geſſit. Cum autem, circa initium autumni S. Synaxi in publico Eccleſiae coetu poſtremum interfuiſſet, paucis poſt diebus quartana correptus, ab eo tempore publico fere abſtinuit. Et ſi autem & aetas adhuc vegeta, & corpus ab ipſa naturae conſtitutione ſatis validum, ſpem & ipſi, & ceteris, praebuerit de recuperanda propediem ſanitate priſtina ſatis bonam, quae res etiam fecit, ut ante poſtremum vitae diem cubile ſuum e cubiculo in hypocauſtum transferri noluerit, futurum identidem affirmans: ſi eo usque morbi violentia procedet, nec ibi ſubſiſtam. Tamen accedente, ut credibile eſt, ad quartanam eo mali genere, quod Apoplexiam Medici, & morbum attonitum, nominant, quod cito ſenſu motuque in omni corpore deſtructo, & corde ſuffocato, aegrotum jugulet, praeſagio reſpondit eventus. Cum enim Feriis Chriſti natalitiis cultum Deo debitum ſacris Concionibus legendis, & hymnis Eccleſiae canendis, aliisque exercitiis piis, devote praeſtitiſſet, & inprimis precationem illam Eccleſiae Germanicam: Erhalt uns HErr bey deinem Wort &c. frequenter

toto

toto aegrotationis tempore repetiisset mane in lectulo inventus est mortuus. Cum die V. Januarii Evangelii de Magis textum Graecum praelegi sibi curasset, & cum studiosis duobus, qui aderant, adolescentibus colloquia de illo Textu pia & erudita habuisset, & circa horam etiam noctis secundam nullum imbecillitatis vehementioris indicium dedisset. Sepultus est in Coemeterio suburbano inter sepulchra Collegarum & amicorum, Rhodomanni, Taubmanni, & aliorum, quod ipse a fratre M. Henrico Dionysio, & affinibus, jam olim ita curari voluit. Quemadmodum vita ejus satis clara, ita etiam scripta, quae posteritati reliquit, non sine laude commemorantur, in Elog. praecoc. ingeniorum p. 71.

1.) Oratio secularis in Acad. Vitemb. 1602. 8vo. 2.) Institutio Rhetorica, Epistolica, Elocutoria, & Elogium in Ciceronem Vitemb. 1608. 8. 3.) Orat. Praefat. Differt. Epistolae & Carmina, VViteberg. 1606. 8. & Vol. II. 1614. sive Διαλέξεων Acad. Volum II. Vitemb. 1614. 8. 4.) Orat. & Praefat. Volum. I. Vitemb. I. 1617. 8. 5.) Gemma Gemmarum Vitemb. 1610. 8. (Errat Lotichius in Bibl. Poet. & cum eo Freherus, qui Patri Adamo haec tribuunt omnia, quae filio tribuenda sunt) 6.) Elogia quoque Ciceronis pleraque omnia immenso studio ex innumeris scriptoribus collegit. His adiungenda est editio Epistolarum Ciceronis, curante A. Th. Sibero, cum praefatione An. 1611.

1611. ſcripta ad Duces Saxoniae in 8vo ſaepe edita, quae in Elogiis his omiſſa. Merita Adami Theodori Siberi in Rempublicam literariam oratione panegyrica celebravit, menſe poſt obitum ejus elapſo quarto, M. Antonius Mylius, Georgii, magni illius Theologi, filius, Philoſophicae Facultatis Adjunctus, ſuoque Praeceptori carisſimo oratione Latina, eaque erudita, publice parentavit, prout ex Tabula in Academia VVitemb. publicata notum eſt factum X. Cal Jun. 1616. Confer. Centuriam ſingularem eruditorum caelibum Nobiliſſ. Dn. Carpenterii p. 56. De tribus profeſſionibus, quas in Acad. Vitembergenſi ſuſtinuit ipſe in Volum. I. Oration. Academicarum p. 219. ſcribit ad Studioſos Eloquentiae: „Bene habet: haec jam tertia profeſſio eſt, ad cujus munus intra annos quatuor, „annuente divino Numine, ſuffragantibus Academiae Antiſtitibus ad unum omnibus, approbante ratumque clementer habente illuſtriſſimae ſtirpis celſisſimaeque dignitatis Principe „Dn. Friderico Guilielmo, Duce ac Pro Electore „Saxoniae, adhibeor. Ac priores quidem illas „Poeticae ac Graecae linguae, ſuo quodam fato „tum uſas ſentio, tum functas. Nunc, quod „felix ſit, accingimur ad Oratoriam. Balthaſar Reineccius in Epithal. & Epicediis ſuis hoc Chronodiſtichon addit de Theodor. Adamo Sibero:

QVI genItore fVIt SIbero natVs ADaMo,
Aethere faX febrVI VIſa VbI ſeXta fVIt.

Gri-

Grimenſes intra patris ergaſteria Muſas
Doctus, & hinc artes cum pietate bonas.
Hinc Phyliraeque petens, Salaeque Lycea, Roſarumque
Ingenii excoluit dona per ampla ſui.

VVittenius in Diar. Biograph. vocat eum Doctorem J. U. de quo dignitatis gradu parum apud alios lego, neque ipſe Theod. Adamus ſe Doctorem J. V. nominari unquam voluit. Joſephus Scaliger in Epiſtola ad Chriſtianum Beckmannum Lugduni Batavorum an. 1608. appellat Ad. Th. Siberum: Virum optimarum artium ſtudiis exculti ſſimum, & cum multis comparandum, qui familiam ducunt in hoc orbe erudito. *Henricus Dionyſius Siberus* Alumnus Gymnaſii noſtri fuit ab An. 1585. usque 1591. Philoſophiae poſtea Magiſter, & Paſtor paganus, & quidem Sprottae, qui pagus inter Ileburgum & VVurcenam ſitus eſt, de quo frater Ad. Theodorus in Epiſtola ad Janum Gruterum An. MDCXV. Cal. Maj. ſcripta fatetur: „Pater ſuperſtites reliquit me & fratrem, Hen„ricum Dionyſium, Concionatorem paganum. Dedit etiam frater Ad. Theodorus ad eundem epiſtolam, quae legitur Vol. I. Orat. & Praef. Academ. p. 300. qua commendat ei Lutheri ſcripta, & virgula cenſoria quaedam in fratre notat, quod idem fecit in Epiſtola, quae legitur p. 550. Vol. 2. „Orationes Parentis ſynodicas alias „mittam. Sed quo fine, deſcribas? ſcilicet ut „Latinam inde linguam pleniorem efficias, qua

Digitized by Google

„ad ruſticos utare. Quaeſo an non ſatis Latine „jam noſti? aut Pſalterium Parentis, quantum- „quantum eſt, cognoviſti? Nimirum ut ille ait: Ciceronis de Republica libros deſideramus, & „hos de officiis negligimus, Equidem mallem, te „Germanica potius Lutheri frequenter & dili- „genter lectitare. Inde enim non ſolum Ger- „manam linguam noſtratem, ſed etiam Theo- „logiam genuinam, unaque opera δύναμιν „ἑρμηνευτικὴν καὶ δεινωσιν ῥητορικὴν diſceres. „Crede mihi ex nullo mortalium tantum profe- „ceris, non ex Demoſthene, non ex ipſo Cicerone, „quam ex uno hoc homine Germano, Lutherum „dico, quo ego nil ſtatuo facundius, diſertius, elo- „quentiusq; magisve rhetoricum aut oratorium, „magisve indicendi & vi, & virtute, & copia, ac fa- „cultate, excellens atq; divinum; aut poſſum ego „verbis ullis ſatis exprimere, quod ſentio? vel fuiſ „ſe, vel fieri potuiſſe. At viri & Theologi illius in- „comparabilis ſcripta hodie jacent, vilent, ſor- „dent, & eloquentia non magis curatur aut aeſti- „matur, quam lutum, quod calcatur pedibus. E- pigramma etiam ad eum miſit, quod legitur p. 389. Vol. I. Or. & Praef. Ipſe etiam Henricus Dionyſius Carmen ſcripſit in Patris ſui Canti- cum Canticorum, quod in editionibus quibus- dam huic additum legitur. Sprottae vero hunc M. Henricum Dionyſium Concionatorem fuiſſe, didici ex epiſtola, quae MSta in manibus meis eſt, Mariae, Viduae, Anno 1642. d. XV. Aug. ad Rectorem illuſtris ſcholae Grimenſis, ejusque

Prae-

Digitized by Google

Praefectum, data, qua iisdem Martini Schvvemleri, Organoedi Grimensis, filium natu majorem, commendat, rogatque, ut locus Siberianae familiae in hac schola a D. Mauritio Saxon. Electore concessus, huic cognato suo conferatur, cui Epistolae M. Adrianus Toepfferus, Scholae VVurcensis Moderator, curatorio nomine, rogatus subscripsit. Foecundum admodum hoc secundum Siberi conjugium fuisse, non minus ex recensione quinque filiorum, quae jam instituta est, quam sex filiarum, quae nunc sequuntur, apparebit. In obitum CATHARINAE, infantis, Libr. Tumul. p. 579. ipse Pater Adamus scribit:

Frigida lugubris genitor Catharina Siberus
Condidit hoc tumulo corporis ossa tui.
Tellurique dedit, quod erat tellure creatum,
Pulveris ut fias, pulvere nata, cinis.

Maria in prima etiam infantia mortua est, de qua ipse Pater eodem Libro p. 601.

Bis luces natae octo novem mensesque Siberae
Compositae hic Mariae terra tegit cineres.
Complexu pendet mens felicissima Christi,
Dulcem haurit dulci illius & ore animam.
At nisi, qui pueros non in tua regna Redemtor
Admittis, similes moribus aut pueris,
In tua nostra sinas quoque brachia colla venire,
Jungereque optatis basia basiolis.

Digitized by Google

Evae obitum praematurum valde deplorat Pater in lacrymis Amicorum, & Tumulis recentibus, Lipsiae ap. Jo. Rhambam excus. MDLXXVII:

Lustra duo vitae geminaverat Eva Sibera,
Queis annum & menses quattuor addiderat.
Cum fessum ponit caput, ut succisus aratro
Flos, puerum sanctis inseriturque choris.
Accipe me, Pater, o gremio me, victa dolore
Clamabas: en te non ego, at ipse sinu
Exceptam Christus molli fovet: omnibus expers
In quo nunc gaudes gaudia mille malis.

III. Idib. Aug. MDLXXVI.

Erendrudis parvula adhuc mortua est, de qua Pater in Tumulis citatis scribit:

Parvula Erendrudis conduntur membra Siberae
Hic, bis post menses quinque novemque dies.
Excita aChristo mens laeta revisit ad aethram
Angelicosinter gaudet & esse choros,
Qui Patremque Deum laudant, Natumque Parentis,
Spiritum & amborum, qui facer ore fluit,
Concilio a quo se miser o quicunque gregatur,
Post te nos omnes, maxime Christe, trahe.

Susanna nupsit An. 1577. M. Balthas. Trautnero, Diacono Ecclesiae Grimensis, Adami Siberi olim discipulo, quod testatur Laurentius Dra-

Drabitius, Coldicenſis, in Carmine nuptiali huic Trautnero ſcripto:

Trautnerum quoties non eſt numerare beatum,
Contigerit Suſanna cui, pia nata Siberi,
Uxor: nunc gener eſt, qui diſcipulus fuit ante,
Quantus honos: haec Trautnero non ultima laus eſt.

Plura Carmina & Vota Amicorum in nuptiis M. Balthaſſari Trautneri, & Suſannae Siberae, excuſa ſunt. Lipſ. Anno 1577. ap. Jo. Rhambam. Leguntur Vota ipſius ſoceri, Adami Siberi, itemque M. Georgii Lyſthenii, Illuſtriſſ. Electori Saxoniae iis temporibus a concionibus ſacris, Gregorii Berſmanni, Poetae inſignis, M. Martini Hayneccii Bornenſis, Collegae Siberi, qui & Graecum Carmen addidit, Martini Hofmanni, VVerdenſis, Carmen Elegiacum, Laurentii Finckelthuſii, optimar. art. Magiſtri gratulatio, M. Jacobi Furmanni, Libenverdenſis, qui fato connubia fieri Carmine probavit, Adami Theodori Siberi, in honorem Affinis & ſororis, Chriſtophori, Chr. F. Schellenbergii, Laurentii Drabitii, Coldicenſis, quod ultimo loco apparet.

Blandina, quam Anno 1578. in matrimonium duxit Jacobus Furmannus, Libenverdenſis, olim pariter diſcipulus A. Siberi, in hoc illuſtri Gymnaſio, in quo poſtea factus eſt Collega Tertius,

Digitized by Google

tius, poſt mortem vero ſui Rectoris Anno 1584. ipſe Rector conſtitutus eſt, & tandem ad Rectoratum Scholae VVitembergenſis vocatus, in quo officio non ad finem vitae ſuae permanſit, ſed Academiae Profeſſoribus poſtea adſcriptus eſt. Vota autem Siberi, & amicorum, in hujus Furmanni nuptiis excuſa ſunt ap. Jo. Rhambam, Lipſiae 1578. Ipſe ſocer Ad. Siberus vota fecit ex Pſ. 128. ſicut vitis abundans &c. Praeter haec leguntur etiam Carmina D. Nicolai Selnecceri, itemque Carmen nuptiale Hiobi Magdeburgi, Epigramma nuptiale alludens ad cognomen ſponſi, Gregor. Berſmanni, Gratulatio M. Jo. Albini, Scolion: Haereditas Domini Pſ. 127. M. Martini Hayneccii, Bornenſis, votum Joannis VVanckelii, Kembergenſis, Gamelion M. Balthaſ. Trautneri, affinis ſui, M. Bernardi Hederici, Freibergii, Petri Loſſ. M. Joannis Reinmanni, primi Cantoris hujus Gymnaſii illuſtris, ex capit. 5. Proverb. Salom. & Eſa. 62. Balthaſ. Cruſii, Laurentii Drabitii, Coldicenſis, Chriſtiani Schileri, Schnebergenſis, A. Theod. Siberi, & Henrici Salmuthi, Henr. fil.

Illud hoc loco notari velim, quod ea, quae Clarmundus P. VII. vitar. de Conjugio Siberi noſtri habet, minus ſufficiant, ſed incerta, imperfecta, & nullo ordine habito, expoſita ſint.

XII. Enarravimus Conjugia Siberi noſtri, eorundemque foecunditatem ſatis ſpe-

ſpectavimus. Nunc ad virtutes ejus progrediendum eſt, quarum quidem non minor copia, quibus per totam vitam, imo etiam poſt mortem, magnam ſibi nominis gloriam comparavit, & immortalitatem fere conſecutus eſt. Principem vero inter has omnes locum jure ſuo meretur PIETAS, *quam ſupremam ſibi ſemper legem eſſe duxit. Semina hujus pietatis in prima infantia & pueritia hauſerat a Parente ſuo pio, & ſatis candido, poſtea etiam a morum Doctoribus, quorum fidei & curae commiſſus eſt, qui omnes ad verum de Deo ſenſum, & cultum, eum ſedulo informare laborarunt. Quorum culturae patientem aurem perpetuo accommodavit Adamus, & in primis verae religionis fundamentis inſignes progreſſus fecit, praeſertim cum videret, claram Evangelii lucem, rejectis fabulis & ſuperſtitionibus Pontificiorum, priſtino nitori iis temporibus reſtitutam eſſe, hominibusque facultatem datam, non cum ſanctis & demortuis, ſicut olim in tenebris Pontificiorum fieri ſolebat, ſed cum Chriſto, Servatore unico generis humani, per verbum & preces propius verſandi, ejusque merita, mortem, & paſſionem, rectius cogno-*

ſcendi. Strenuus itaque pietatis cultor exoptatos tulit fructus, & fictam ſimulatamque aliorum religionem deteſtatus eſt, itemque de corrupta & neglecta ſeculi pietate ſaepe conqueſtus. Maximo vero in pretio ei fuit JESUS CHRISTUS, totius generis humani Redemtor, cujus nomen non in ore ſolum, ſed & pectore occluſum tenuit, & verum integrumque nominis hujus profeſſorem ſe praebuit. Quo exemplo admodum laudabili Alumnos, ſuae fidei traditos, ita incitavit, ut pariter Chriſti amore flagrarent, ejusque ſcientiam multo meliorem, cariorem, & antiquiorem aeſtimarent, quam omnes gentilium doctrinas, & hominum praecepta. a.) *Qua vero a primis annis innutritus & confirmatus eſt pietate, & religionis profeſſione, eam ſemel agnitam nunquam abnegavit, nec ſe ad novas falſasque Calvinianorum doctrinas a veritate abduci paſſus eſt, ſed potius omne id, quod S. Scripturae, & libris Symbolicis Eccleſiae noſtrae, contrarium videretur, indictum inſcriptumque judicavit, ut A. 1579. in Conventu Torgenſi publico, ad quem vocatus erat, probavit.* b.) *Sic ne latum quidem unguem a verae fidei ſimplicitate in Articulo de S. Coena, diſceſſit,*

sit, & purum Dei verbum dies noctesque secum reputavit, eique lectione sedula inhaerere laboravit, non ignorans: ipsam veritatem & optimam animae medicinam, & thesaurum inaestimabilem, esse Scripturam S. In quo studio, lectione praesertim Librorum B. nostri Lutheri confirmatus est, ex quibus multa, quae ad religionis constantiam, & sedulam Scripturae S. lectionem pertinent, percepit. c.) *Quid dicam de precibus ejus ardentissimis, quarum assiduitate & ardore multa a Deo impetravit beneficia, multasque calamitates, pericula, & tempestates, a se suisque avertit.* d.)

a.) Hoc confirmat Adamus noster in Dedicatione Commentarii Scholastici in Davidis Psalterium, scribens ad omnes Ecclesiarum Moderatores, Consiliorum gubernatores, Academiarum Rectores, Praefecturarum Administros, Urbium Consules, oppidorum Decuriones Illustriss. ac Potentiss. Principis ac Domini, D. Augusti, Ducis & Electoris Saxoniae &c. In vestro „potissimum nomine apparere volui hunc Commentarium Scholasticum, tum, ut videatis, quae „in Illustri hac Principis Electoris Augusti Scho„la Provinciali pueris & adolescentibus, qui ad „nos mittuntur, a nobis in rebus, ad pietatem „pertinentibus, proponantur, tum denique, ut

„uterentur fruerenturque noſtris laboribus, ſi „quibus placerent ex iis, qui apud vos operam „ſuam praebent ſcholis in erudienda pueritia, vel „ipſi quoque ſimilia, ac meliora etiam, ad uſum „primae aetatis elaborarent. E ludo illuſtri „Grima Kal. Sept. An. MDLXXX. Teſtis eſt verae pietatis Siberi noſtri M. Jacobus Furmannus, in Dedicat. Margaritae Scholaſticae, ad provincialis Grimenſis & Vitembergenſis Urbicae Alumnos ſcribens: Adoleſcentes ad pieta„tem cum virtute conjunctam educandi ſcienti„am ſuo ſibi quodammodo jure poſſe videtur „vendicare Adamus. Ipſe Siberus in Epiſtola Dedicator. ad Praeſulem ac Dominum D. Joannem IX. Eccleſ. Miſnicae ingenuae Epiſcopum, Breviario Chriſtiano praemiſſa, ſcribit: Cum „autem in curatione muneris Scholaſtici, quod „jam XL. prope annos gerimus, ſerio nobis fue„rit propoſitum, ut fidei noſtrae commiſſam a„doleſcentiam ad Deum, & Dei Filium, JEſum „Chriſtum, Spiritus S. beneficio cognoſcendum, „implorandum, celebrandum & laudandum de„ducereimus, ne nunc quidem ab eo ſtudio defi„ſtendum mihi judico. Ita quoque in Dedicatione Commentarii ſui Scholaſtici in Poenitentiam Davidis ad Antiſtitem Reverendum D. Joannem IX. Ingenuae Eccleſiae Miſnenſis Epiſcopum ſcribit: Omnino non deteſtabilis ſolum, „ſed etiampernicioſa eſt erratio, verbo uſurpa„re nomen Chriſtianum, re autem atque factis „alia potius conſectari omnia, quam quae ſunt huic

„huic nomini & professioni consentanea. Et „cum timore Numinis coelestis vacuus ad nutum „Carnis vivas, & in coeno quasi vitiorum noctes „& dies volueris, constituas tamen improbitati „poenas sustinere nolle. Non hac via & ratione, quisquis es, recte salutariterque tuis rationibus consules. Verum ita se res habet. Quoniam multis te & magnis peccatis contaminasti, sine recusatione te subjice sub divinae manus animadversione, his & similibus verbis: „Mi Pater, caede, pulsa, verbera, nam me noxam admisisse negare nec possum, nec debeo. „Veruntamen virga patria in me animadverte, „qua omnes tuos, quos caros habes, filios castigas. &c. Pergit: Neque vero hic sistendum est nobis; sed in id quoque opera danda sedulo, ut, veluti nova natura, in redintegratione „Spiritus ambulantes, & fructus reversionis ad „bonam frugem edentes, ex animo amemus inter nos, alterque existimationi alterius consulamus, idque exemplo moderatoris rerum omnium Dei, qui unigenam filium, nostrae salutis causa, in mortem tradidit, quemadmodum Servator inquit: Sicut dilexit me Pater, „ego quoque dilexi vos &c. Porro: Tanto ardore quisque nostrum orare, & Dei misericordiam clementiamque debemus exposcere pro „religionis consortibus, quasi, te excepto, exorare Deum nemo possit, ut pro misericordia & „bonitate sua, qua usus est jam inde ab ultima „mundi origine, omnium scelerum nostrorum me-

Digitized by Google

„memoriam deponat, aut certe pro magnis pec-
„catis paululum supplicii satis ut sit patri, in ira
„lenitatis & clementiae recordetur. De corrupto seculi praesentis statu & neglecta pietate elegantissimum Carmen confecit Noster, quod legitur in Poematibus Lib. I. Aeolostich. p. 389. cujus initium est:

Corruptos mores, seclique incommoda nostri
Quis non quis doleat voce gemente bonus?
Pro grege quos Christi DEus in statione manere,
Quos verbi curam mandet habere sui:
Pontifices faciunt, ventri servire parati,
Doctrinam, ludos, deliciasque, Dei.
Scilicet omne malum, scelus omne irrupit in aevum
Hoc nostrum, ferro durius & chalybe.
Fraus, venus, ebrietas, & amor dominatur habendi,
Est nomen pietas, nomen inane Fides. &c.

b.) De hoc pergit demum Auctor in Commentario, verbis majusculis literis impressis: SI QUID IN HIS COMMENTARIIS DICTUM SCRIPTUMVE CONTRA SACRA BIBLIA Symbola Primaria S. Patrum non inter-polata monimenta ac denique AUGUSTANAM CONFESSIONEM, Carolo V. oblatam: INDICTUM INSCRIPTUMVE ESTO, A. 1579. d. 11. Febr. Ad. Siberus ad Conventum Torgensem se contulit literis Electoris advocatus, una cum

cum aliis Rectoribus scholarum illustrium. Quam constantem & firmum in sua religione & ratione muneris scholastici administrandi sese praebuerit, in Annalibus schol. illustr. MSS. pag. 64. prolixe enarratur. Interalia de eo legitur ibi, quod omnia, quae de ratione ac modo puerilis doctrinae & disciplinae ab eo concinnata & ex scripto recitata fuerint, ab aliis probata sint.

Christum Servatorem nostrum in pretio Adamo fuisse, testantur Carmina in honorem & memoriam ejus composita, quibus vel laudavit Servatorem, vel imploravit eum de felicibus studiorum & laborum suorum progressibus. Ita & Libr. V. Epigrammatum, ad D. Jonam a Zeschau illustriss. Electori ac Duci Saxoniae a Consiliis:

Accipe parva tui Jona monimenta Siberi,
Qui te mente animi non simulante colit.
Improba non Cypris, sales, dicteria, sannae,
Sed nostro princeps Carmine CHRISTUS inest.

Plura Carmina in memoriam Christi nascentis & exuviarum, itemque in honorem Christi regis Sionii, vid. eodem libro. Confer & Carmen, quo docuit, pietatem cum literis conjungendam esse in Enchiridio Pietatis. Finis Carminis est:

Maxima perpetuae lucratus gaudia vitae
In Christo doctos gaudia tanta manent.

In Annalibus Scholae illustr. Grimensis MS. p. 34. legitur, D. Petrum Praetorium Antistitem Ci-

Cicenſem aliquando Grimae fuiſſe, ibique inter hunc & Adamum ortam eſſe diſputationem de re Sacramentaria, & Catecheſin Praetorianam Calviniſmum olere probaſſe Siberum, verbis ultro citroque jactatis, & animis utrorumque inflammatis noſtrum hac voce uſum eſſe: Ihr ſeyd ein Sacramentirer.

De aeſtimatione Scripturae S. teſtari poſſunt meditationes multae, quas ex verbo Dei in variis ſcriptis edidit.

c.) Quod nunquam receſſerit Adamus a verae religionis & fidei profeſſione, praeſertim in doctrina de S. Coena Domini J. C. eo tempore in dubium a Calvinianis vocata, ex ſequentibus facile apparebit, quae in Annalibus ſcholae illuſtr. Grimenſis MSC. p. 48. manu Chriſtophori Schellenbergii, Generi Siberi, conſignata leguntur, de viſitationibus Eccleſiarum & ſcholarum tum temporis factis: Anno 1574. die 27. Novembr. „Nos illuſtris ludi Praeceptores hora 3. pome„ridiana a Dominis Viſitatoribus, Henrico nem„pe Salmutho Theol. Doctor. & Eccles. Lipſi„enſ. Paſtor. & Antiſtite, Caeſare de Breiten„bach, Dynaſta Serizii, in aream accerſiti ſu„mus, quos D. Salmuthus Germanice in hanc fe„re ſententiam eſt allocutus: Optimi & doctiſ„ſimi Viri, Domini & amici cariſſimi, Nihil eſt „dubii, quin de horum temporum controverſiis „in Articulo de Coena Dominica exortis, vobis „ſatis ſit cognitum, de quo articulo per annos „quinquaginta noſtrae Eccleſiae recte ſenſerunt,

&

„& unanimi conſenſu atque ore docuerunt, do-
„nec perpauculos annos proximos quidam e no-
„ſtris auſiſunt novas opiniones & errores de eo-
„dem articulo in medium proferre, eosque viva
„voce & ſcriptis primum clam, deinde palam, in
„vulgus editis, ſpargere. De quibus illuſtriſsi-
„mus Princeps AUGUSTUS Elect. Saxon. Dn.
„noſter clementiſsimus certior factus, ſuos
„Theologos & Superintendentes Torgam con-
„vocari curavit, illasque controverſias, et ea-
„rum auctores perquiri & examinari mandavit,
„tandemque veram de ſacro ſancta Coena Chri-
„ſti ſententiam & ufitatam noſtris Eccleſiis do-
„ctrinam tueri, & de ea Articulos conſcribi, qui-
„bus omnes Theologi, & ſui ſtipendiati, aliique
„nonnulli ſubſcriberent, edixit. Mox etiam
„typis eadem, quae Torgae acta ſunt, & ſub-
„ſcriptorum nomina excuſa ſunt. Quem
„librum quoniam vos omnes & ſingulos legiſſe
„arbitramur, quid in eo inſit, percepiſtis haud
„dubie. Nos vero, Nobiliſſimus & Generoſiſſi-
„mus hic Caeſar de Breintenbach, & ego, ab il-
„luſtriſſimo Electore Auguſto &c. ad hoc in
„Miſnicas Eccleſias miſſi legatique Viſitatores
„ſumus, ut omnibus Eccleſiarum miniſtris, ſi-
„mulque ſcholarum Praeceptoribus eum li-
„brum proponeremus, & illorum ſubſcriptio-
„nem exigeremus. Quanquam igitur nobis per-
„ſuaſiſſimum eſt, Vos Praeceptores hujus ſcho-
„lae Electorianae & ſentire, & docere recta, de
„Coena praeſentis corporis ſanguinisque filii

Dei

„Dei, nec cuiquam erroris alicujus, aut diverſae „ſententiae nomine ſuſpecti eſtis, tamen cum „Illuſtriſſimus Elector nobis de omnium „Eccleſiarum & ſcholarum inſpectione at„que examinatione generale mandatum „dederit, ab eo vos excludere minime li„cet. Velimus igitur, ut huic libro, qui nu„per Germanice editus, affirmativas et veras „ſententias de Coena Dominica, itemque nega„tivas et damnandas continet, ne gravemini „ſubſcribere, atque ita veſtro aſſenſu et ſubſcri„ptione vos verae Eccleſiae membra testesque „incorruptae veritatis eſſe comprobetis. His „dictis librum Manuſcriptum in folio protulit, „nobisque propoſuit, et legendi ejus, ſi forte cu„peremus, vel non ante legiſſemus, copiam no„bis fecit. Tunc ADAMUS SIBERUS, illu„ſtris ludi Rector, ſocer meus cariſſimus, ſuo „noſtroque Collegarum ſuorum nomine, quae„ſivit: utrum eadem eſſent in hoc libro, quem „nobis offerrent, perſcripta, quae in illo Germa„nico typis excuſo, cui titulus: Kurtze Bekänntniß und Artickel vom heiligen Abendmahl des „Leibes und Blutes Chriſti. Cum eadem in„eſſe uterque Viſitator reſponderet, ibi meus „Socer dixit: Se minime dubitare, id voce et „manu ſua teſtari, quod corde crederet, et aper„te libenter veram de reali praeſentia corporis „Chriſti in Sacramento, ejusdemque corporali „manducatione, ſententiam confiteri. Atque „ita accepto libro calamoque haec verba (quae

ſua

„ſua manu exarata eodem die in ſcheda mihi „tradidit) ſubſcriptioni nominis ſui praemiſit: *In negotio Coenae Sacro Sanctae vigeat, dominetur, & triumphet, invicta veritas verborum Domini noſtri JESU CHRISTI, ſine figura Sophiſtica, ſive forma illa ſit, ſive modus. Quod enim ſemel loquitur Deus, nec iterat, nec retractat, & qui ſimpliciter credit, optime credit, inquit Auguſtinus.* Haec verba Anno ſequenti inſeruit ſuo Breviario Chriſtiano p. L. I. in notis ad proſam Thom. Aquinatis de Coena Domini, ubi & haec verba praecedunt: Sumunt boni &c. „Tum ſubſcripſimus, 1.) Adamus Siberus, Re„ctor Illuſtris ludi, 2) M. Joannes Schreinerus, „Con. Rect. 3) Ego, Chriſtophorus Schellen„bergius, Collega Tertius. 4) Ego, M. VVolfgan„gus Mehlhorn 5.) Ego, Joannes Reinman, „Cantor. Eodem die ante meridiem ſubſcri„pſerunt etiam ſcholae Senatoriae Praeceptores „1) M. VVolfgangus Auherus, Freibergenſis, „Rector 2) Martinus Tſchau, Grimenſis, Bac„calaureus 3) Valentinus Haſa, VVurcenſis, „Cantor. Item Miniſtri Eccleſiae Grimenſis, „1) Chriſtophorus VVincerus, Dresdenſis, Doct. „Theol. Paſtor et Superintendens 2) M. Ada„mus Zimmerman, Arch. Diaconus 3) M. Hiero„nymus Hauboldus, Diaconus. Sic ipſe Adamus ſingularem Zelum pro veritate doctrinae coeleſtis in Articulo de S. Coena declaravit in epiſto-

la ad D. Paulum Eberum, quam ex autographo benevole mecum communicavit Celeberrimus D. Erneſtus Salomo Cyprianus, Sereniſſimo Duci Saxo Gothano a Conſiliis ſacris, & in ProtoSynedrio Aſſeſſor, quae ſic habet: Reverendo Viro & pietate, ſapientia, & doctrina clariſſimo, „Domino Paulo Ebero, Theologiae Doctori & „Eccleſiae VVittenbergenſis Paſtori, Amico & „Fautori ſuo obſervando: Accepi proxime a „Thoma Conone, Paſtore noſtro, librum tuum „de re Sacramentaria, quo me, amicum tuum „veterem, pro humanitate tua donare voluiſti. „Pro eo, quas poſſum, maximas habeo Tibi ago„que gratias. Legi Germanicum ſcriptum, „nunc evolvam etiam Latinum, idque eo faciam „libentius, quod Latinis magis delector. Ego „nunquam animum induxi curioſius inquirere „in ſcripta aliorum, ideoque puto, me quoque „aequos meorum Carminum Cenſores habere. „Neque vero (modo ex profeſſo nihil pugnans „cum Eccleſia Catholica defendant) non in me„liorem partem mihi interpretari ſemper libuit „doctorum monumenta, vel quod quaedam non „intelligo, vel etiam fieri potuit, ut in iis, quae „non probat mihi aliquis, non repererit ille verba „idonea ſatis & accommodata, quibus, quae vo„lebat, exprimeret. Et habet Dominus in Ec„cleſia ſua, qui ſuper fundamentum non aurea „ſolum & argentea, ſed deterioris etiam metalli „opera, inaedificent, quae omnia judicabuntur „per ignem. Itaque, ut ingenue dicam, quod

res

„res est, arridet mihi labor tuus, EBERE, &
„gaudeo, me in sententia mea de Sacramento
„scripto confirmari tuo. Nunquam mihi pla-
„cuerunt, postquam, benignitate divina, per ae-
„tatem judicare aliquid potui, ii, qui cum Caro-
„lostadio, Zvvinglio, & Calvino, nunc faciunt.
„Ex quo factum est, ut non patiar, mihi cum Lu-
„thero, qui Christo laudem tribuit & Sapientiae,
„& Omnipotentiae, τὸ ῥ῾ητὸ› Coenae Domini-
„cae extorqueri. Non mihi sumo, quod ipse
„quoque facis, ut proletandos quasi existimem,
„& exterminandos ex Republica Christiana
„promiscue omnes, qui minus commode senti-
„unt de Sacramento: neque tamen Doctores
„& Magistros, qui ambitione ducti sententiam
„nobis defendunt contrariam, eaque imbuunt
„imperitiores, absolvo. Peccant enim dubio pro-
„cul peccatum ad mortem. Deus, Pater omnis
„misericordiae, conservet Ecclesiam suam contra
„omnes dolos, fraudes, & insidias Satanae inveri-
„tate sua, quae est verbum ipsius ab omni ad-
„mixtione opinionum humanarum secretum &
„segregatum. Pueros Vitembergenses, quos
„commendasti nobis literis proximis, instituam
„cum Collegis meis, ut hoc ludo, cui praesu-
„mus, dignum est. Probant sese nobis adhuc
„quidem & diligentia, & moribus, ut, quod de
„iis querar, non habeam. Commendo tibi vi-
„cissim adolescentem hunc Pastoris nostri filium,
„utque ei, si tua opera & consilio uti volet, com-
„modes, & perlibenter & prolixe, etiam atque

Digitized by Google

„etiam peto & quaeso. Bene vale, & pro nobis „Deum precare, si mutuo facturos non dubitas. „Ex ludo illustri Grimano XIV. Cal. Maii „MDLXIII.

c.) Quanti B. Lutheri scripta aestimaverit Adamus, Carmine declarat, quod legitur Libr. V. Epigr. & dignum, quod ob egregiam Lutheri laudem apponatur:

Audiat hoc livor, contabescatque, Lutheri
Non dubitem scriptis dicere; *Numen ineſt.*
Si mihi non credis, modo sis pius, ipse legendo
Jurabis rectum judicium esse meum.
Unus enim, & vere, transcribit ut omnia Christo,
Sic & quae nostrae jura salutis habet.
Quantus & est, hominem miserum arguit esse, malumque
In cujus non sit pectore mica boni,
Faucibus at raptus coelo potiatur ut orci
Fonte operam fieri, quae beat una, Fide.
Huic sacra tractantes calamos submittite, laudum
Hic, quae sunt vobis singula, solus habet.

d.) Precationum verba & numeros Siberum suis praescripsisse, magnumque his omnibus attulisse emolumentum, testatur Philippus Melanchthon in epistola ad Ad. Siberum Psalterio, carmine reddito, praemissa: Tu, & alii similes „docetis hos coetus sacros, qui quidem piis votis ipsum

Digitized by Google

„ipſum invocant, te precationum verba & nume„ros praeſcribente, ut ex ore infantium & lacten„tium celebretur Deus. Docent id pariter multae precationum formulae hinc inde apparentes, quas Alumnis praeſcripſit, quibusque eos ad precum aſſiduitatem invitavit.

XII. Quemadmodum vero religioſus hic juventutis Doctor probe intellexit, omnem ſuam eruditionem ac ſcientiam a Deo, omnis boni Datore, & Auctore, provenire: ita praeſertim ſtudio & facultate ſua Poëtica, variisque Carminum generibus, quibus ſe commendavit, ſedulo operam dedit, ut Deum O. M. ejusque in ſe & alios merita, Carminibus ſuis decantaret, & nullo fere in argumento labor hujus Poëtae libentius verſatus eſt, quam in laudibus divinis celebrandis, & gratum ſe memoremque pro beneficiis Dei, & Servatoris Chriſti, praebendo, ſuosque ad parem pietatem, beneficiorumque memoriam, excitando.

Sic G. Fabricius, amiciſſimus Siberi amicus, commendat ejus venam poeticam in ſacris rebus, ut eſt videre in Periandri Germania:

Perlege laurigeri cultiſſima ſcripta Siberi,
Sanctorum retulit queis pia verba Patrum.
Oppreſſique vicem miſerans gregis, aethera poſcit

Digitized by Google

Iratum cupiens conciliare Deum.
Auro alii portas ornent, laquearia gemmis
Templorum, & niteat sub pede multus onyx.
Non amat ornatus Numen coeleste profanos,
His etiam infamis splenduit ara Jovis.
Tu, pie, fide Deo, gemitusque imitare bonorum,
Et spera in miseris & pete rebus opem.
Quique Deo laudes cantant, venerare Poetas,
Confer & huc docta quicquid ab arte potes.
Hesiacique placet si psaltria Musa poetae,
Milniaci laudes hoc quoque vatis opus.

Huc merito referenda sunt verba illa, quibus Adamus Theodorus, Adami F. patris sui studium, laborem, & operam Deum laudandi, & celebrandi declarat in Epistola dedicatoria ad Passionale ejus: Quantum in poeticis elaboraverit, testantur poemata, quae in vulgus edita sunt, in quibus quidem nihil aliud a Dei & Filii ipsius D. N. JEsu Christi, gloria & honore quaesivit, nihil praeter juventutis profectum secutus est, ut exemplum scilicet haberet, si minus numeris omnibus absolutum, quod imitaretur, at ejus odi tamen, cujus ductu pietatem, & salutaris fidei disciplinam, disceret elegantiore cum doctrina conjungere. Ipse in Praefatione Historiae Sacrae, Christum aeterni Patris natum implorat, ut vires concedat mentis, quo Patris secreta cognoscere liceat;

Pa-

Fave Parentis Nate ſupremi ſatu,
Homo Deus, ſalutis auctor unice,
Cui poteſtas omnis eſt polo, ſolo:
Amore verbi accende fervido tui
Nos, & tenebras differ oculis, & animo
Caligines, qua luce cordium fugas:
Ut te videre, & abditae cognoſcere
Mentis tui ſecreta Patris, Jambica
Solomoniasque floſculorum imagines
Lege illigatas aureis includere
Numeris queam &c.

Hunc finem libro ſuo, Sabbatho puerili, praefixit Noſter:

Hic neque fama mihi petitur, neque gloria: fama
Omnis & hoc ſcripto gloria, Chriſte, tua eſt.

Pietatem cum literis conjungendam eſſe ſedulo docuit, praeſertim in Carmine pio admodum & erudito, quod legitur in Enchiridio pietatis p. 313. ubi inter alia inquit:

Laus eſt vera trahi pulchro pietatis amore:
Summa, Deum in Chriſto, gloria, noſſe Patrem.

Digna ſunt verba, quae huc apponantur, ab Adamo noſtro Hieroſtich. Libro praeſcripta:

At nos, Chriſte, tibi dedimus qui nomina, facta
Eſſe Deus quorum dictaque ſancta jubet:
Convenit haud quaquam munus coeleſte Camoenas

Sordibus, & foedis contaminare jocis.
Tu nobis mentem scribendi sacra dedisti,
Exegi veterum, Te duce, vota patrum.
Hoc nostet sanctus labor, hic est utilis: esse
Non alia vatem me ratione velim.

Inter MSCta ornatissimae Bibliothecae Cygneae hoc Carmen manu Adami Siberi scriptum repertum est, quod de pietate, & precibus ejus pro communi salute, quibus Deum imploravit, testatur, &, quia nullibi impressum invenio, a Celeberrimo Dn. M. Vinholdo, Rectore, liberaliter mecum communicatum, jam apponam:

Sint tua cura, Deus, quotquot Regesque Ducesque
Sincerae laudem relligionis habent:
Sint tua Doctores, sancti, tua cura, Magistri,
Qui sacra verba rudes, litterulasque docent:
Sit locus, exiguum tua nidum Ecclesia turtur
Quo struat, & pullis parvula tecta paret;
Pullis, excludit quos gratia Numinis alma,
Exclusosque tuus Spiritus ipse fovet.
Da pacem: liceat Templi colvisse beati
Tecta, sonat verbi vox ubi sancta tui;
In magnaque tibi liceat benedicere turba,
Et populi votis addere vota piis.
Nec minus in nostris studiis, tua sancta, precamur
Dextera perficiat, quod bene coepit, opus.
E nostro ut possis aliquando sumere coetu,
Qui

Digitized by Google

Qui verbi fiant turba miniſtra tui:
Qui doceant Chriſti de relligione minores,
Imperii fines amplificentque tui.
Malumus eſſe tuae pars contemptiſſima turbae,
Liminaque ad templi ſancta ſedere Dei,
Atria quam CHriſto ſpoliata habitare columnis
Marmoreis: Chriſto nam ſine nulla ſalus.
Amen!

XIV. Cum inſigni hac & commemorabili Adami pietate, indiſſolubili copula connexa ſemper fuit diligentia & induſtria, quam in munere ſuo ſcholaſtico multis variisque in locis ſine ulla remiſſione adhibuit, & probavit, hunc ſibi ſcopum ſemper praefixum habens: ut omnibus & ſingulis diſcipulis, fidei ſuae traditis, fideli ſua inſtitutione & doctrina vivus inſerviret, poſt mortem etiam eorum ſtudiis, ſuis ingenii monimentis, in lucem aſpectumq; prolatis, prodeſſet. a.) *Cujus laudabilis propoſiti nunquam eum poenituit, licet per quinquaginta annos in graviſſimo pulvere ſcholaſtico vixerit, ita quidem, ut ab illo nullo unquam tempore aut commodum eum, aut otium abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit.* b.)

 a.) Hoc

a.) Hoc ipsum testatur Noster in Epistola ad Paulum Didymum, quae legitur Vol. II. Διαλεξ. Academ. Ad. Theod. Siberi pag. 474. „Ipse nunc habeo sub praelo Sionia, qui sunt o„cto libri Historiae Sacrae versibus Jambicis se„nariis. Alias totus sum in concinnando Com„mentario scholastico in universum Psalterium, „Davidis. Cupio enim prodesse studiis puero„rum post mortem quoque. Dominus noster „JESUS CHristus coepta secundet. Anno „clo Io LXXIII. In Epistola Vitebergae Anno MDXL. d. 25. Junii ad Stephanum Rothium, Senatorem Zwiccavienſem, suum Patronum MSCta fatetur: Carissime Stephane, tu ipse, o„pinor, satis cernis, non posse me aliam nunc rerum mearum rationem inire. Ego divino „auxilio fretus, quod potero, enitar sedulo, ut „ita in studiis perficiam, quo multis olim pro„desse queam. Ad eundem Rothium in Epistola MSCta An. MDXXXIX. XII. Febr. scribit: „Mea aetas ea est, qua ad majorum artium disci„plinas, & abstrusa illa, atque recondita naturae „mysteria, quae Philosophiam diximus, percipienda magis idonea nulla est, & quare, nisi „honestissimis studiis pectus excolendo, quo non uni aut alteri puero, ut nunc facimus, ve„rum universae forte regioni usui esse queamus, aut Deo ipsi, aut Reipublicae etiam Chri„stianae gratius facere possim, haut sane video. Alia Epistola ad Stephanum pariter Rothium Freibergae An. MDXXXVIII. postridie Adscen-

sio-

ſronis data mentem ſuam declarat: Melior for-
„ſitan rerum noſtrarum ſtatus eſſet, optime A-
„micorum omnium Stephane, ſi non in iſtis pul-
„veribus aetatis florem conſumere, & quo non
„moleſtiorem eſſe crediderim, inſtituendi pue-
„ros laborem obire cogeremur. Sed quoniam
„iſta eſt voluntas Domini, & contra non ſunt ar-
„ma movenda Deum, ſane, quamdiu illi pla-
„cuerit, non inviti, diligenter quidem, certe hoc
„vocationis noſtrae munere fungemur. Olim,
„ſi non vana mens augurat, melior procul dubio
„fortuna dabitur, incipietque hac, qua nunc pre-
„imimur, fortunae nube pulſa, pulchrior ire di-
„es. Valeo autem nunc optime rectisſimeque,
„nec omnino adverſis Muſis ſtudia noſtra pro-
„cedunt. An. MDXLIII. Freiberga ad Rothi-
um Epiſtolam dedit, quae in manibus meis
MS. eſt, in qua de pulvere ſuo ſcholaſtico ait:
„Et ſaepe profecto cum quorundam fortunam
„conſidero, qui ad Eccleſiae gubernacula, ut ſic
„dicam, ſedent, mihi iraſcor, qui non jam pri-
„dem hos pulveres relinquam. Sed cum tamen
„e contra faſtum nonnullorum & inſolentias, a-
„deoque eos, qui indoctisſimi ſunt, primos eſſe,
„video, non invitus facio, ut in mea vocatione
„perdurem maxime, cum inſtituendo pueritiam
„aeque reipublicae Chriſtianae, ac plus fortaſſe,
„prodeſſe poſſim. Quamvis in piſtrino quaſi de-
„ſudare neceſſe habeam, & vix ad aures, quod di-
„citur, ſcalpendas ſatis otii & vacui a ludi labori-
„bus temporis habere poſſim. De cupiditate A-
dami

Digitized by Google

dami omnibus & singulis inserviendi, eleganter Filius in Dedicatione ad Passionale Patris apponit: Quodsi cui unquam pueritiae magistro „propositum fuit disciplinae suae alumnis prodesse quam plurimum: id profecto spectasse „ac sedulo curasse Adamum Siberum, Patrem „meum, bonis omnibus consentientibus, affir„mare mihi posse videor. Qui cum in adole„scentia, quam suis ipsum impendere studiis ae„quius fuerat, coactus inopia scholas ingressus „pro Doctore esset, ita sese in eo vitae genere per „annos quinquaginta diversis in locis gessit, ut „fideliori institutione conferre illi paucos possi„mus, diuturniore autem hujusmodi cum labo„ribus & molestiis conflictatione neminem de„beamus anteponere: quas tamen, licet pluri„mae in ipsum gravissimaeque incumberent, iis „animi & corporis viribus perferebat, ut quic„quid ab iisdem concederetur temporis, in le„gendo scribendoque libentissime consumeret.

b.) Ipse Adamus in Carmine Psalterio Davidis annexo ad Magnificum & Nobilem virum, ut nominat, D. Udalrichum Mordisium, Jureconsultum Clariss. & Augusti Elector. Saxonici Consiliarium de suo proposito scribit p. 284.

In statione mea teneram doceoque juventam,
Et mihi commissae frena guberno scholae.
Dumque libri tantum mihi sunt & Carmina curae,
Diversis nemo rite vacare potest.

In

In Epistola MSCta An. 1542. Freibergi ad St. Rothium scribit: quod nullum vitae genus „reperiatur, in quo tantum laboris, molestia„rum, & miseriarum sit, quantum in scholastico, „hoc praesertim tempore, quo omne in praeci„piti vitium stet, & nil corruptius sit juventute. „Nihilominus tamen laboris semper patiens fuit.

XV. Ita quidem ex literarum studiis summam cepit voluptatem Noster, & quantum ceteri conviviis intempestivis tribuerunt, quantum ludis & deambulationibus, tantum sibi, paululum otii a labore publico nactus, vel ad Carmina conficienda, & Philosophiae studium excolendum, a.) *vel ad rerum naturalium, & in primis ad herbarum scientiam,* b.) *& descriptionem sumpsit, vel in patriae, & in primis Coenobii nostri Augustiniani antiquis ruderibus pervestigandis multum operae & laboris impendit.* c.)

a.) Merentur verba Adami nostri, quibus in Epistola MS. ad Stephan. Rothium utitur, Freibergi An. MDXXXIX. data, quae apponantur: „Conditio ipsa, qualis quidem nunc est, videtur „adhuc tolerabilis. Honestior quidem haec „est, quam ulla alia fuit earum, quas aliis in ludis „administravimus. Praeterea etiam cum no„strum quatuor sint, qui totum ludi sustinemus „onus

„onus, cum quatuor horarum penſum, quod „cuique ſingulis abſolvendum eſt diebus, perfe„cimus illud, quod ſupereſt, ſupereſt autem mi„hi quidem ſatis temporis, id omne in literis po„nimus, ac ſperamus ſane, non omnino male „nos hic tempus collocaturos. Etſi enim eo „fortunae devenimus, ut in Academia coeptum „ſtudiorum perſequi curſum non queamus; non „tamen dejiciemus animum, ſed & laborem „hunc, quoniam ita Deo placet, aequo & libenti „feremus animo. In Epiſtola MS. ad eundem „Rothium An. 1538. Freibergo ſcribit: Quod„cunque ab occupationibus ſcholaſticis opus ha„bemus, non omnino ſine fruge literis impendi„mus, idque ita ſe habere, ſi Deus ſua gratia ad„eſſe nobis dignabitur, ut tu quoque olim intel„ligas, operam dabo.

b.) Quam ſedulus fuerit in deſcribendis perſcrutandisque herbis ipſe fatetur in Epiſtola MS. ad Stephanum Rothium, Freibergi Anno MDXLIV. d. IV. April. data: Conradum Cel„tem remitto, tibique, quod tamdiu nos uti illo „volueris, magnas & ſingulares ago gratias. Vi„di nuper, iſtic cum eſſem, in Bibliotheca tua du„os herbarios, quorum alter a Brunsfelſio erat, „alter vero, ni fallor, a Dorſthenio quodam edi„tus. Eorum ſi altero, ut mihi hoc ſemeſtri ſpa„tio commodato dares, carere poſſis, faceres ſa„ne rem mihi cariſſimam, utque id facias, etiam „atque etiam rogo. Nactus ſum a quodam Me„dicinae Studioſo omnes omnium herbarum ap-

pel-

„pellationes descriptionesque ex Fuchsio & ha„beo praeterea Valerii Cordi in Dioscoridem an„notationes, sed vivis imaginibus deficior, &, ut „saepe velim hoc tempore vel Dorsthenium, vel „Brunfelsium emere, non sum a pecunia admo„dum instructus. Si amorem tuum in me bene „novi, non sines nostras nullum pondus habere „preces. Quae spes ne me fallat, peto. Re„mittam Tibi exemplar optima fide ad proxi„mum Michaelis. Bene vale, & me ama. Sa„luta communes amicos. Salutant te mei.

c.) Constanti fama, & omnium fere, qui vel in schola, vel civitate nostra, unquam vixerunt, & adhuc vivunt, sermone celebratur: Siberum aliquando veterum monimentorum percupidum locum subterraneum in xysto Coenobii nostri, accensis luminibus, una cum viginti Alumnis intrasse, & in animo habuisse, ductum, sive cuniculum clandestinum, calce lapidibusque usque ad Coenobium Monialium, Nymitschium, firmatum, si credere licet, perlustrare, eique vix limina cuniculi intranti inauratum Calicem a Monacho quodam oblatum, addita gravissima comminatione: ne ulterius cum comitibus suis progrederetur, sed eo, quo venerit, rediret. Demonstratur adhuc nostris temporibus hic inauratus Calix in templo nostro: an vero is sit, quem Siberus a Monacho accepisse dicitur, affirmare non possum, eo, quod a nullo scriptore illius temporis, quo Siberus vixit, observatum legi. Beatus tamen M. Tobias Petermannus, Recto

scho

Digitized by Google

ſcholae noſtrae multis meritis praeclarus, quaedam de hoc Siberi conatu, prout ex ore hominum, fide dignorum, percepit, poſteritati, in rei memoriam, ſua manu Anno 1710. d. 7. Januar. conſignata reliquit, quae a Nobiliſſimo Dno. Jo. Chriſtophoro VVendio, ſcholae noſtrae praefecto, mecum communicata, integra hoc loco apponere non dubitavi, ut aequus Lector ipſe de tota hac re judicare queat:

Von dem in hieſiger Cloſter-Kirche befindlichen alten Kelche iſt mir M. Tob. Petermann, Landſchulen Rectori, ehemahls folgende Nachricht gegeben worden: Es war in des Cloſters Creutzgange ein ziemlich Loch am Fuß-Boden mit Bretern bedeckt zu ſehen, wovon die gemeine Rede damahls war, daß es, zu voriger Mönchs- und Nonnen-Zeit, der Eingang geweſen ſey zu einem unterirdenen bis nach dem Nonnen-Cloſter zu Nimmizſchen führenden heimlichen Gange. Wie denn auch zu itzt beſagten Nimmizſchen ein Ort gewieſen wird, wo der Ausgang ſolcher unterirdiſchen Farth geweſen ſeyn ſolle. Von ſolchem Loche und heimlichen Gange nun war faſt eine gemeine Sage, daß der erſte Cloſter- oder Land-Schulen-Rector, nahmens Adam Siber, ſehr curiös geweſen ſey, deſſelben wahre Beſchaffenheit zuerkundigen. Weil ihm aber von etlichen ſeinen Schülern, oder wie man ſie hier nennet, Cloſter-Knaben, welche aus gleichmäßiger Begierde, ſich in das Loch gewagt hätten, erzehlet wor-

den

den sey, daß kein brennend Licht darinnen gelassen würde, sondern beym ersten Eingange alles so bald verlösche; So habe er in die 20. von selben Purschen zu sich genommen, nach vorhergehenden Gebeth einen jeden eine Laterne oder brennendes Licht in die Hand nehmen lassen, und also sey er in derselben Gesellschafft selbst mit in die Grufft hinab gestiegen. Nicht aber allzuweit sey er darinnen komen, als die Lichter nach und nach zu verleschen angefangen. Zugleich aber habe er vor sich gesehen eine Tafel mit so genannten Mönchen besetzet, welche allerseits mit den Händen ihm gedrohet, und einen Winck, zurücke zu bleiben, gegeben. Als er hierauf erschreckende gestutzet, so sey ein Mönch aus dieser Gesellschafft aufgestanden, habe sich dem Rectori genähert, diesen alten Kelch (wie er dann der Mönchs-Kelch daher genennet soll worden seyn) ohne Zusatz einiges Worts demselben überreichet, dabey aber nochmahls gewincket, daß er weiter nicht kommen, sondern mit seiner Suite sich wieder zurück machen solte, welches denn also fort geschehen, der Kelch aber von dem Rectore Sibero zu ewigen Gedächtnüß in die Closter-oder Fürsten-Schul-Kirche verehret worden sey. Nun wird dahin gestellet, wie viel oder wenig von dieser Relation ein ieder glauben wolle. Dieses iedoch kan ich mit Wahrheit sagen, daß vor 41. Jahren, als ich in diese Land-Schulen beruffen worden, dieses damahls so genandten Mönches

Loches Eingang noch vorhanden gewesen, und darneben zwar referiret worden: ob lieſſe es ſich nicht zumauren; dieſes hingegen ſich falſch befunden, indem es für ohngefehr 25. Jahren würcklich zugemauret worden, biß dato auch zugeblieben. Sonſt aber haben mir unterſchiedene damahlige Studioſi, welche vorhero Alumni, in dieſem Cloſter oder Land-Schule geweſen, theils dieſe Tradition von Sibero und dieſem Kelche referiret, theils auch wahrſcheinlich bekräfftiget, daß ſie ſelbſt aus Muthwillen ſich hiebevor in dieſe Grufft gewaget, nichts iedoch alda geſehen noch gehöret hätten, auſſer, daß ſie kein breñendes Licht dariñen hätten fortbringen können, und dahero gar bald hätten ſich zurücke machen müſſen. Daß ich meines Orts dieſe Relation nicht abſolute bißhero verworffen, hat mich bewogen 1.) des Kelches Nahme, als welcher von ſo langen Jahren her der Mönchs-Kelch heiſſet. Jedoch nochmehr 2.) mein erſter Anſager, reſpectu ſeines Alters. Denn ob er zwar ein einfältiger Mann und damahls Schul-Thürhüter war; iedoch weil er dieſen Kelch in Verwahrung hatte, und, als er mir ſelbigen bey meinem Antritte zeigete, allbereit 51. Jahr bey ſolchem Dienſte an der Land-Schule geweſen war, darneben auch betheuerlich bejahete, daß er es gleich anfangs ſeines Hierſeyns und Kelch-Verwahrens alſo, und anders nicht, gleich alſo glaubwürdigſt, vernommen habe, welcher Zeit-Raum dann biß auf das 34. Jahr

nach

nach erwehntes Siberi Tode sich erstrecken wird; So habe ich dessen Wahrheit gäntzlich zu wiedersprechen für mich angestanden, so wenig als ich die gantze Relation mit ihren Umständen für einen Glaubens-Articul anzunehmen mich unterfangen. Auf Begehren iedoch habe dieses also von mir auszustellen kein Bedencken getragen. Datum Land-Schul Grimma am 7. Januar. 1710. Honoratissimus Dn. Cantor Samuel Jacobi, Senior Scholae nostrae, me certiorem fecit, se haec omnia, quibusdam tamen mutatis, non minus ex ore B. Petermanni, quam socrus suae, ex familia Siberiana ortum ducentis, saepe audivisse.

XVI. Non sibi vero solum eruditus esse voluit Siberus, sed Auditores suos multa doctrina, rerumque & linguarum scientia, imbuere laboravit. Quae duo raro quidem in uno conveniunt; in eo tamen, praestanti erudiendae pueritiae artifice, literato orbi a Deo ad ornandas maxime scholas commodato, simul fuerunt, propterea quod artes & scientias tenuit, easque alios feliciter docuit. Quam educandi adolescentes scientiam, bono scholarum publico natus & factus, multa & singulari sua acquisitam diligentia in dies singulos in variis muneribus, quibus passim praefuit, augere contendit, seque adeo longo usu &

experientia per quinquaginta annos in docendi ſtudio confirmavit, ut non ſolum in aliis oppidis Miſniae, ſed praeſertim in ſchola Provinciali, in uſum totius patriae conſtituta, Rectoris partes impetraret, & Roſcius in ſcholaſtica diſciplina vocaretur. a.) *Quae enim ſunt periti & fidelis juventutis Doctoris munera, in eo omnia clariora exſtiterunt. Non uno modo, unaque ratione docendi uſus eſt, ſed, pro diverſitate ingeniorum, diverſas etiam inſtituendi vias ingreſſus, & tam iis, qui celeritate ingenii excelluerunt, quam, qui tarditate animi laborarunt, ſatisfacere, & ex moribus cujusque callide de futuro vitae ſtatu conjicere, potuit. Ut ipſe optimorum Auctorum & librorum lectione animum ſuum ad eruditionem, & ſtili praeſertim elegantiam, conformaverat: ita omnium ordinum alumnis optimos praeſtantiſſimosque ſeculi vel Aurei, vel Argentei, Auctores, non ſolum ad legendum, ſed etiam ad imitandum, propoſuit, eosque in transferendi ſtudio egregie exercuit.* b.) *Optime ſemper ſuaſit diſcipulis ſuis, iisque omnia vel morum, vel diſciplinarum, praecepta accurate, diſtincte, & perſpicue tradidit, ſeque ad captum men-*

ſu-

ſuramque diſcentium ita accommodavit, ut privata diligentia, vel mediocri ingenio praeditis, omnia ejus dicta & ſcripta, perceptu fuerint facilia. Docuit enim ſolide in Gemmis & Margaritis ſuis, a quibus principiis cum in Graeco & Latino ſermone, tum in Rhetoricis & Logicis incipiendum, per quae deinceps ſpatia ad altiora progrediendum & qua via & modo procedendum ſit. c.) *Quibus omnibus praeclarus hic docendi Magiſter non minus induſtriam ſuam, quam excellentem naturae habitum, & inſignem prudentiam, Autoribus ſuis olim declaravit, ſedulisque juventutis ſcholaſticae Doctoribus in hunc usque diem declarat, adeo, ut non dubitem, quin ingenuus quisque mecum fateatur: Siberum non minus ad ſcholam fuiſſe natum, quam ad caſtra regenda Scipionem olim Africanum. d.)*

a.) De uſu & experientia Patris in re ſcholaſtica teſtatur Filius Theod. Adamus in Dedicat. Paſſionalis ad Ericum Volcmarum & Conrad. Thiel. a Berleps, quae legitur etiam Διαλεξ Vol. I. p. 178. Quod pro ſingulari vos Sapientia non „fugit, Viri Nobiliſſimi, nihil eſt praeclarius, „quando de literis bene mereri, & quicquid in„genio conſequi, quicquid induſtria efficere poſ„ſis, non cum domeſticis ſolum & praeſentibus

„communicare, verum alienioribus etiam ac „longinquis, quoad ejus fieri poſſit, impertire. „Itaque haec rario juvandi rei literariae aut in „voce videtur conſiſtere, aut in ſcriptis. Qui „enim in ſcholis pueros erudiunt, & qui gravio„rum artium diſciplinas docent adoleſcentes in „Academiis, rem egregiam faciunt, & maxime „ſalutarem. Neque tamen fructuoſam minus „agere, minusque neceſſariam, putandi ſunt illi, „qui, cum otio conceſſo fruantur, communem „utilitatem ingenii monimentis augent. Quam„obrem ut reprehendi non poſſunt, qui ſibi & „ſtudiis ſuis ita vivunt, ut publicum uſum non ne„gligant; ſic excuſari debent, qui docendi mu„nere a ſcribendo excluduntur. Ac qui in al„terutro genere verſarentur, plurimi ſemper „fuerunt, qui in utroque, admodum pauci. „Cujus rei neque cauſas inveſtigare, quum ob„ſcuritatis non ita multum habeant, neque ex„empla placet commemorare, cum ipſa quoque „in promtu ſint, ut verba propterea facere nec „tutum fortaſſe, & certe ſupervacaneum ſit. „Quodſi cui unquam pueritiae Magiſtro propo„ſitum fuit, diſciplinae ſuae alumnis prodeſſe „quamplurimum, id profecto ſpectaſſe ac ſedu„lo curaſſe *Adamum Siberum*, Patrem me„um, bonis omnibus approbantibus, affirmare „mihi poſſe videor. Qui cum in adoleſcentia, „quam ſuis ipſum ſtudiis impendere aequius „fuerat, coactus inopia, ſcholas ingreſſus pro Do„ctore eſſet; ita ſeſe in eo vitae genere per an-

nos

nos quinquaginta diversis in locis gessit, ut fideliore institutione conferre illi pauciſſimos poſſimus, diuturniore autem hujusmodi cum laboribus & moleſtiis conflictatione neminem debeamus anteponere. Confer Henrici Sibei, fratris Adami, Epiſtolam ad Jo. Schoeſſerum, le morte hujus Anno 1584. prid. Non. Octobr. lata, quae infra apparebit. Idem dicit filius in Dedicatione Gemmae Gemmarum ad Sereniſſ. Elector. Auguſtum VVitembergae clo lo CIII. XVI. Cal. Junii ſcripta: Quum prima quidem „& maxime neceſſaria, ſed tamen neque una, „neque ſola doctrinae pars ſit, ſuo quamque rem „nomine appellare poſſe; ita eidem Patri meo „Adamo Sibero, Roſcio in diſciplina ſcholaſtica, „in mentem venit, ut id, quod deeſſet in hoc ge„nere, ſuppleret. Jacobus Furmannus eadem confirmat in Epiſtola Dedicatoria ad Part. III. Margaritae ſcholaſticae, ad Alumnos ſcholae provincialis Grimenſ. & VVitembergenſis urbicae; Intellexit Siberus, juventutis informan„dae praeclarus ille artifex ac magiſter, & longa „experientia uſuque rerum plurimo edoctus „cognovit, qua ratione puer recte tractandus eſ„ſet. Nam quis eſt, qui tamdiu in ludis litera„riis verſatus ſit, & quidem cum ſumma laude „& praecipua diſcentium utilitate? Apparet ex his, Adamum noſtrum ſemiſecularibus ſcholae Doctoribus annumerandum eſſe, de quibus ſumme Reverendus D. Goetzius Lubecenſium ſacrorum Antiſtes, in Theologo ſuo ſemiſecu-

Digitized by Google

lari mentionem facit Luberae Anno 1709. in 4. Laudi quoque ducitur Rectori noſtro, quod a M. Chriſtoph. Caeſare iu Carmine, in effigiem ſcripto, cum Fabricio comparetur:

Quod Grimae Adamus erat, tu Miſni de in urbe, Georgi,
Sunt ſpatia hei! vitae ſed breviora tuae!

b.) Ex moribus diſcipuli cujusque callidiſſime conjiciebat Adamus, qualis futurus eſſet. Ita de *Nicolao Crellio*, Saxoniae Cancellario, cum Anno 1568. 69. 70. & 71. ejus in Schola Provinciali Grimenſi diſcipulus eſſet, ob mores minus decentes, minusque probatos, ut vates praedixit: *Tu eris aliquando peſtis patriae.* Cui vaticinio eventus latis reſpondit, de quo vide Junckeri Vitam Lutheri in Numiſm. p. 276. In pretio habuit inter Auctores proſaicos Ciceronem, Livium & Plinium, quod in Epiſtola MS. ad Stephanum Rothium, Freibergae An. 1541. 21. Maj. data ſcripſit: Chronica, dabo operam, „ut, cum commode fieri poterit, accipias. Si „quid pro eo libro non mihi quidem, ſed fratri, „cui ſcis libros paternos mecum communes eſſe, „ſolvere volueris, id in tuo relinquetur arbitrio. „Quod ad me attinet, mallem ſane pro eo libro „Plinium, aut Livium, aut Ciceronem. &c. Theod. Adamus, noſtri filius, teſtatur paſſim in Orat. & praefationibus ſuis, Ciceronem Adamo in deliciis fuiſſe. Clarmundus P. VII. Vitar. p. 124. Ciceronem ei cariſſimum fuiſſe, affirmat. Quod diſcipulos intransferendi ſtudio, ex Grae-

cis

is in Latina, & ex Latinis in Graeca vel Germanica egregie exercuerit, fatetur filius Th. Adamus, vol. 2. Διαλεξ. p. 319. Nos quidem etiamnum pueri in hoc transferendi ſtudio non tralatitie a Parente optimo exercebamur, neque „ſane meliorem atque expeditiorem viam ſi„lum excolere atque expolire volenti demon„ſtrare poſſumus. c.) Ex nomine ejus, per Anagramma, diſcipuli, Siberi cultores, tum temporis haec verba eruebant:

ADAMSIEBERUS,

Anagram.

Mire ſuadebas.

Quo ipſo indicare volebant, quam multis & egregiis doctrinae morumque praeceptis ſuis ſuaderet diſcipulis, & quam ſedulus eſſet in iis inſtituendis informandisque. Confer. Clarm. P. VII. Vir. Clariſſ. & Freherus in Theatr. Vir. Clariſſ. c. l. Jacobus Furmannus ſupra, citatus, ita de modo ejus docendi pergit in Epiſtola Dedicatoria ad Part. III. Margar. In Grammatices, Rhe„torices, & Dialectices rudimentis, de praecepto „Horatii, brevitati, perſpicuae tamen illi, ſtudu„it, & ad captum menſuramque diſcentium ita „ſe accommodavit ac demiſit auctor, ut vel pro„prio Marte a mediocribus ingeniis cognoſcantur. Optime ex libro, quem Ludum literarum Chemnicenſem appellat, videre licet, quomodo ſcholam ſuam inſtituerit, & qua via ad pietatem & literas ſuos duxerit Siberus. Ita enim ſcribit

de Ordinibus seu Classibus: 1.) Universa discentium in eorum multitudo in quinq; ordines seu classes digesta est: ea res quantum utilitatis habeat, dicere non est necesse: Quae enim temere, & sine certo fiunt ordine, recte fieri neutiquam posse, & consentiens doctorum ac prudentium omnium judicium, & vita ipsa, rerumque maximarum usus, testantur. Ordines ipsi, quibus singuli Praeceptores praefecti sunt, per decurias distinguuntur, ex quibus decuriones deligimus, animadversores morum, officiorumque exactores. 2.) Postremus ordo, hoc est, quintus, pueros novitios, & nunc primum e sinu materno in ludum deductos, continet. Iis literarum figurae, conjunctiones, soni, nec non ducendi ipsas, & repraesentandi ratio, traduntur. Exercentur praeterea in primis elementis Christianae religionis, quae nuda huic classi & sine explicatione, proponuntur. 3.) Qui literis & literarum connexionibus cognitis legendo scribendoque exercentur, in quarto comprehenduntur ordine, & in manibus habent libellum, quibus doctrina pietatis latino sermone exposita est, & Declinationum Conjugationumque formulas, quas dum saepius legendo iterant, fit, ut translati postea ad Classem proximam, minore negotio percipere illa, & memoria continere possint. 4.) Tertius ordo eorum est, qui nominum & verborum inflexiones mandant memoriae, & partes ipsas orationis internoscere docentur, quarum ut multa illis exempla suppeditent, proponuntur

iis

Digitized by Google

iis Epistolae Ciceronis breviores facilioresque, quales sunt, quae ad Genus Demonstrativum pertinent, Commendatitiae. Eae dissolvuntur & flectuntur, varianturque verba singula, eaque rursus conjunguntur, & uniuscujusque consecutionis ratio demonstratur, ita tamen, si prius regulas Grammatices, easque communiores, didicerint. Sed & sententias sermone quotidiano propositas formis Latinis commutare eos docet Praeceptor, qui huic curiae praepositus est. Interdum carmen aliquod, sed & breve, & casti alicujus poetae, explicat. Ideo videlicet, ut quamvis consuetudine magis, quam ratione, modulari tamen versus, & inter initia studiorum numerosum illud & concinnum in poetis admirari pariter & observare discant, ornamentum postea sermonibus & scriptis futurum. 5.) Qui ad secundum ordinem adscenderunt, iis ubi ius & diligentius explicatur ea Grammatices pars, qua discrimina generum, varietates, & incrementa casuum, verborum praeterita & supina continentur: Adjiciuntur etiam regulae faciendae orationis, & praecepta, quae ad Syllabarum tempora, & motus, versuumque rationem pertinent. Praeleguntur huic Classi Bucolica Virgilii, & Ciceronis Epistolae, generis suasorii & judicialis, in quibus explicandis eadem dissolvendi ratio Praeceptoribus, quae in superioribus, observatur. Accedit interdum enarratio Elegiae alicujus ex Tibullo, aut Epistolae ex Ovidio. Quid? quod, ut ad linguae Graecae cognitionem paulatim deducantur pue-

Digitized by Google

de Ordinibus seu Classibus: 1.) Universa discentium in eorum multitudo in quinq; ordines seu classes digesta est: ea res quantum utilitatis habeat, dicere non est necesse: Quae enim temere, & sine certo fiunt ordine, recte fieri neutiquam posse, & consentiens doctorum ac prudentium omnium judicium, & vita ipsa, rerumque maximarum usus, testantur. Ordines ipsi, quibus singuli Praeceptores praefecti sunt, per decurias distinguuntur, ex quibus decuriones deligimus, animadversores morum, officiorumque exactores. 2.) Postremus ordo, hoc est, quintus, pueros novitios, & nunc primum e sinu materno in ludum deductos, continet. Iis literarum figurae, conjunctiones, soni, nec non ducendi ipsas, & repraesentandi ratio, traduntur. Exercentur praeterea in primis elementis Christianae religionis, quae nuda huic classi & sine explicatione, proponuntur. 3.) Qui literis & literarum connexionibus cognitis legendo scribendoque exercentur, in quarto comprehenduntur ordine, & in manibus habent libellum, quibus doctrina pietatis latino sermone exposita est, & Declinationum Conjugationumque formulas, quas dum saepius legendo iterant, fit, ut translati postea ad Classem proximam, minore negotio percipere illa, & memoria continere possint. 4.) Tertius ordo eorum est, qui nominum & verborum inflexiones mandant memoriae, & partes ipsas orationis internoscere docentur, quarum ut multa illis exempla suppeditent, proponuntur

iis

Digitized by Google

iis Epistolae Ciceronis breviores facilioresque, quales sunt, quae ad Genus Demonstrativum pertinent, Commendatitiae. Eae dissolvuntur & flectuntur, varianturque verba singula, eaque rursus conjunguntur, & uniuscujusque consecutionis ratio demonstratur, ita tamen, si prius regulas Grammatices, easque communiores, didicerint. Sed & sententias sermone quotidiano propositas formis Latinis commutare eos docet Praeceptor, qui huic curiae praepositus est. Interdum carmen aliquod, sed & breve, & casti alicujus poetae, explicat. Ideo videlicet, ut quamvis consuetudine magis, quam ratione, modulari tamen versus, & inter initia studiorum numerosum illud & concinnum in poetis admirari pariter & observare discant, ornamentum postea sermonibus & scriptis futurum. 5.) Qui ad secundum ordinem adscenderunt, iis ubei ius & diligentius explicatur ea Grammatices pars, qua discrimina generum, varietates, & incrementa casuum, verborum praeterita & supina continentur: Adjiciuntur etiam regulae faciendae orationis, & praecepta, quae ad Syllabarum tempora, & motus, versuumque rationem pertinent. Praeleguntur huic Classi Bucolica Virgilii, & Ciceronis Epistolae, generis suasorii & judicialis, in quibus explicandis eadem dissolvendi ratio Praeceptoribus, quae in superioribus, observatur. Accedit interdum enarratio Elegiae alicujus ex Tibullo, aut Epistolae ex Ovidio. Quid? quod, ut ad linguae Graecae cognitionem paulatim deducantur

Digitized by Google

pueri, prima quoque rudimenta ejus linguae tradimus in hoc ordine, addita Aesopicarum aliquot fabularum explicatione. Quod ad stilum attinet, aut epistolia scribunt hi pueri, aut transposita & disjecta bonorum Carminum verba suis numeris restituunt, aut etiam ipsi versus jam facere moliuntur. 6.) Primo in ordine explicatio Grammatices, quantam quidem puerili educationi satis putamus, universa absolvitur. Ex auctoribus Latinis enarrantur huic classi Ciceronis libelli vel de Senectute, & Amicitia, vel de Officiis, praeterea Aeneas Virgilii, & Terentius. Ex Graecis, Isocratis libellus de moribus, & Luciani aliquot Dialogi, minus scurriles. At quia propositis materiis diversarum scriptionum, majore cum cura & diligentia, quam in Classibus inferioribus, stilum exercere hujus ordinis pueros cogimus, quo de praeceptis artium scripta sua formare incipiant, Dialectices & Rhetorices initia quam simplicissime, & ad captum discentium maxime appositе, illis proponimus. Atque his quidem septis quasi ac terminis totum nobis studiorum puerilium curriculum includitur. Nam doctrinam de motibus corporum coelestium, de iis, quae gignuntur in aere, de mathematum principiis, quibus hoc tempore semidocti quidam in scholis se apud imperitam multitudinem mirifice efferunt, adeo nobis in ludo nostro tradenda non putamus, ut nequaquam infeliciter nos operam in pueris erudiendis posuisse nostram existimemus, si ad mediocrem tantum latinae, &

purae

purae orationis, facultatem eos perducamus. II.) *De docendi ratione.* Docendi rationem eam sequimur, qua & doctissimos quosque cum nostrae, tum superioris aetatis, usos esse constat, & multa praeclara ingenia ad eruditionis praestantiam videmus perveniisse, ea est hujusmodi: Ut, quia praecipue quidem pietas & honestas, secundum has vero Latina & dilucida oratio, finis esse debet ejus educationis in literis, quae in nostris scholis pueritiae adhibetur, cum in docendis artibus, tum in explicandis autoribus, id unum spectent praeceptores, ut quam brevissima & expeditissima via ad Latini & puri sermonis facultatem fidei suae commissos discipulos deducant: Per certos ergo nos contestatosque gradus, in artibus quidem (nam eae in animos puerorum sensim instillari debent, non aliter, quam in vasa angustiora liquores) faciliora primum tradimus, quae ubi perdidicisse pueros animadvertimus, tum demum docemus etiam difficiliora: In autoribus vero id praecipue studemus, ut sensa scriptorum intelligant, verborum tam conjunctorum, quam singulorum vim naturamque, & quibus in similibus negotiis uti illis possint, cognoscant. Si quid loci obscurioris inciderit, in eo explicando id solum adducimus, quod praesentis instituti ratio postulat: quae ad susceptae tractationis cognitionem haud pertinent, afferre non laboramus: nam omnia uno in loco docere, omnia infantiae balbutienti inculcare, ac sine modo, sine lege,

sine ratione obtrudere, ut modestissime dicam, bonorum praeceptorum esse non videtur. III.) *De horis*, quibus praelegitur. Horis docemus antemeridiano tempore duabus, post meridiem vero tribus, sed iis minime continentibus. *Semper enim, nisi cum in Musicis exercentur pueri, absoluta aliqua praelectione, hora vacua interponitur*, cujus pars prior, mane quidem, datur lectioni Historiae alicujus ex sacris Bibliis, & precibus; a prandio vero dum classium aliqua pars templum ingressa, vespertinos hymnos decantat Deo, cognoscendis delictis scholasticis: altera vero pars libera plane relinquitur, ut pueri ea, quae explicatione praeceptorum acceperunt, inter se repetere possint. IV.) *De Repetitionibus publicis ordinumque progressionibus.* Sed nec quotidie solum, quae vacuae relinquuntur horae duae: verum singulis etiam hebdomadis dies integer lectionum repetitioni impenditur: in qua repetitione, cum ea omnia, quae ante illum diem explicata sunt, tum praecipue artium praecepta ab initio revocantur, ut sine quibus, nisi firma perpetuaque teneantur memoria, literarum & doctrinae profectus constare nullus possit. Quia vero multum excitat pueros, cum, quantum profecerint, animadvertunt, ideo bis quotannis solennis studiorum institutitur censura. In ea de singulorum diligentia in pietate & literis fit judicium, & qui diligentiores fuisse, & majo-

Digitized by Google

res

res in suis classibus profectus feciſſe, deprehenduntur, iis ad superiores ordines adscensus conceditur. V.) *Destili exercitio, & emendatione scriptorum.* Latinam & dilucidam orationem finem esse debere studiorum puerilium, antea diximus: ad quem finem cum sine assidua diligentique stili exercitatione pervenire nemo possit, in eam rem omnibus viribus incumbimus, ut saepe, & cum cura, scribant pueri: Atque ut sciant, unde capienda sint illis vocabula, & formae sententiarum, eruimus fere (id enim doctissimo cuique videmus placere) argumenta scribendi ex iis autoribus, qui ipsis praeleguntur, eaque primis quasi lineis adumbrata proponimus. In emendando non solum expurgamus vitia barbarismi atque soloecismi, sed admonemus etiam discentes eorum, quae dure & horride, quae inusitate, quae contorte, quae obscure, quae exiliter, quae affectate, tumideque, sunt dicta, verum ea tamen dexteritate commoditateq; ut non pauca saepe numero dissimulemus, ne, si omnia vellicari a nobis videant, animum despondeant pueri, & infaustum exercentur laborem. VI.) *De Diebus Festis.* Diebus festis ad publicas conciones & ceremonias deducitur tota multitudo scholasticorum, quibus, ut quam modestissime & cum silentio interſint, sedulo operam dant praeceptores. Is dies, qui Festum praecedit, Evangeliorum & Catechismi explicationi tribuitur. Atque ita primus & postremus dies Deo, intermedii vero bona-

bonarum artium ſtudiis, ſed ad Dei gloriam illuſtrandam ſuſceptis, dicantur.

d.) Fuiſſe in Adamo noſtro prudentiam ſingularem regendi ſcholas & docendi juventutem, declaravit ſuo Jobelaeo, quem de educatione & diſciplina ſcholaſtica conſignavit: Qui liber vero nondum, ut arbitror, lucem adſpexit. De quo ſcribit Jacobus Furmannus ſucceſſor Adami, in Epiſtola Dedicatoria ad P. Ili. Margar. „Reliquit Adamus Siberus ſtudii & induſtriae „ſuae opera elaborata, quae partim jam diu e„dita ſunt, partim adhuc deliteſcunt, inter quae „non poſtremum locum tenet Jubilaeus (ita e„nim inſcripſit, cum annos ferme quinquagin„ta in ludis literarum conſumeret) ſeu Jchno„graphia, de educatione diſciplinae puerilis „ſcholaſticae. Diſputat in eo libro de Eccle„ſiaſtici & Politici magiſtratus, de parentum, „praeceptorum, ac diſcipulorum, officiis, & de „rebus aliis ad ſcholam pertinentibus. Qui „quidem liber, ſi videbitur, & res tempusque fe„ret, in lucem proferetur. Ea enim in ſpe ſu„mus, fore, ut & libenter, nec ſine fructu a ſtu„diorum puerilium praefectis, legatur, quan„quam nonnulla etiam alia explanentur, quae „propter liberalem cognitionem juvare alios „poſſint. Confer. Ad. Theod. Siberi Διαλεξ. Vol. 1. p. 293. 294. ubi Amico ſuo Chriſtophoro Caeſari de hoc patris ſui Jobelaeo ſignificat, eique omnes & ſingulas partes enumerat, de quo nos infra plura dicemus. Ita ex Annalibus

libus schol. nostrae MSS. constat quam multi consilium de re scholastica ab eo ceperint, & quod Anno 1579. in Conventu Torgensi ab Electore habito, jussus sit, concinnare ea, quae de ratione doctrinae & disciplinae puerilis observanda in posterum in scholis essent, p. 65. Carmen elegantissimum confecit Noster de Educatione Liberorum ex Cap. XXX. Siracidis expressum, quod legitur in Enchiridio pietatis An. 1563. edito, & auctius in editione An. 1580. edita. Apparet etiam in editione Plutarchi de Educatione Liberorum, a M. Petro Rivandro, in Academia Francofortuna Mathemat. & Graec. Lingu. Profess. An. 1583. ibidem expressa. Si nullum amplius extaret Nostri monimentum, quod prudentem & peritam juventutis scholasticae institutionem probaret, sufficeret nobis solum *Insigne Siberi*, quod fuit ex nomine ejus confectum, *Cibrum* nimirum ut, in imagine apparet, satis declarans, quod sedulus fuerit in poliendis juvenum animis, quod licet pro lubitu sibi finxerit Adamus, muneri tamen ejus scholastico accommodatum maxime fuit. Constat inter eruditos, Nobilium quorundam Florentinorum tesseram fuisse cribrum, inter leonis ungulas ostentatum, ut Gammurinus in Commentar. de Nobilit. Florentina scribit, & apud Valvasorium Tom. III. p. 116. legitur. Nobiles Siberi Carinthiaci & Carniolenses pariter gentilitium insigne Cribrum habuerunt; sed accuratius intuenti facile apparebit, hoc Nobilium Sibe-

rorum insigne ab Adami nostri, tessera multum differre, sicut illi & generis splendore, & nobilitate, Siberos nostros Schoenavienses longe superant. Carniolenses enim cribrum Leoni Coronato, ungulis complectenti, asservandum dederunt: Noster vero cribrum scuto vacuo inscriptum habet, quod sine dubio non minus ad nominis sui memoriam, quam ad muneris fidelem administrationem, & puerorum institutionem, denotandam suscepit. Ut & videre licet ex Poematibus Joannis Schoefferi, Aemiliani, Consiliarii Brandenburgici, & Professoris Eloquentiae in Academia Francofurtana, in quibus inter alia Insignia Clarorum Virorum que recenset, p. 202. haec scribit

In Cribrum Adami Siberi:

Qui studet aethereum cribro committe nectar
Belidas effusis hic imitatur aquis.
Sic doctrina potens memori non mente reposta
Effluit, & rimas invenit usque suas.
Sit bene! Parnassi thesaurum divus Apollo
Credidit ingenio, *Clare Sibere*, tuo.
De quo docta cohors *Grimae* sub moenibus altis
Carpit inexhaustae fertilitatis opus.

In idem Adami nostri cribrum scribit Jo. Posthius in Parergis Poeticis Part. I. p. 240.

Quisquilias veluti puris secernere granis
Cribro solemus; haud secus

Ut

Utilia a nugis, & barbara verba Latinis
Acri *Siberus* separat
Judicio: inde fluunt sacro purissima vati
Dictante Phoebo carmina.

Sicut vero Adamus discipulis olim suis exemplum praebuit ad excolenda bonarum artium studia; ita etiam multis scholae Doctoribus, & praesertim ex familia Siberiana ortis, nominis sui fama praetulit facem, qua studiorum viam feliciter ingredi potuerunt. Nam Cl. Vir, M. Romanus Tellerus, VVurcensis scholae Rector meritissimus, cujus familia cum Toepferiana affinitate conjuncta est, exemplo Adami nostri totam vitam juventuti Scholasticae instituendae consecravit, ut me literis Venerandus hic Senex certiorem fecit. Legi quoque potest Chronic. VVurcense Cl. V. Christiani Schoettgenii, p. 369. Ita Joannes Schellenbergius, filius Christophori, & Adami nostri, ex Anna, nepos, vestigiis Avi insistens juventutem Scholasticam per annos 48. bonas artes docuit Grimae & Freibergae, ut supra audivimus, lege Chronic. Freiberg. Molleri c. l. Nec minus Adamus ad parem industriam incitavit Justum Siberum, Eimbecensem, ut pote qui sola ejus fama incensus parem ex literis gloriam sibi comparare laboravit, suisque filiis Adami Siberi, imaginem, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, proposuit. Digna sunt verba Summe Reverendi & Excellentissimi Dni. L. Urbani Godofredi Siberi, Civit. Lipf. Sacerdotis, & in Academ. Antiquita-

tum Profeſſor. Celeberrimi, quibus in Epiſtola Menſe Febr. 1718. ad me ſcripta utitur: Plura „de hoc excellenti Viro ſcriberem, ſi plura noſ„ſem; ſed fatendum eſt, me longius in Fatis A„dami indagandis non abiiſſe. Illud unum addo: „Patrem meum JUSTUM, Eimbecenſem, cum „ejus adoleſcentia, literis dedita, in illud tempus „inciderit, quo omnia bello flagrabant, ipſe vero „omni parentum ope deſtitutus patriam deſeru„iſſet, ſola hujus Viri fama incenſum fuiſſe, ut „inter tot paupertatis taedia non mutaret pro„poſitum, ſed conſtanti animo ſervaret. Quin „imo me, Fratresque meos, in dies ad Adami „nomen, tanquam ſtatuam deducebat, libellos„que communicabat, ut cum doctrina ejusdem „gloriam appeteremus.

XVII. Reliquas Siberi noſtri virtutes, & corporis dotes, quibus per totam vitam floruit, ne tacitus praeteriiſſe videar, placet audire, ejus filium Ad. Theodorum, teſtem ſatis probatum, qui virtutes Patris ſingulas enarraturus ſcribit: quod fuerit ingenio acer a.) *ore liber, candoris amans, fraudis & mendacii, neſcius, moribus antiquis* b.) *Fide plane germanus*, c.) *induſtria incomparabilis, laboribus invictus* d.) *eruditione non vulgaris, auctoritate venerabilis, & corpore quidem mediocris, ſed decorus, & valetudine inoffenſus.*

a.) Le-

a.) Leguntur haec verba Ad. Theodori in Epiſtola ad Janum Gruterum An. 1615. Cal. Maj. ſcripta, & Epicediis ipſius An. clo lo CXVIII. editis, ſubjuncta. Ex Jo. Poſthii Parerg. Poet. P. I. p. 240. apparet, Adamum ingenio acutum fuiſſe, & utilia a nugis, barbara verba a Latinis, judicio acri ſeparare potuiſſe. b.) Quod moribus antiquis Noſter fuerit & conſtans, ipſe in Epiſtola ad Steph. Rothium MS. fatetur, Freibergi d. 16. Jul. 1545. ſcripta: Et ſaepe profecto, „cum quorundam fortunam conſidero, qui ad „Eccleſiae gubernacula, ut ſic dicam, ſedent, „mihi iraſcor, qui non jam pridem hos pulveres „relinquam. Sed cum tamen e contra faſtum „nonnullorum ac inſolentiam, atque eos, qui in„doctiſſimi ſunt, primos eſſe, video, non invitus „facio, ut in mea vocatione conſtans perdurem, „maxime cum inſtituendo pueritiam aeque „Reipublicae Chriſtianae, ac plus fortaſſe, pro„deſſe queam. c.) Poſſideo Epiſtolam MS. Adami prolixam ad Steph. Rothium, quae demonſtrat, quam longe remotus fuerit a litibus & diſſenſionibus tum temporis agitatis, quas excitarunt novi illi Evangeliſtae Freibergae Anno 1538. quam ob prolixitatem hic omitto. Aliis rebus, ad officium ſcholaſticum minus pertinentibus, ſe non immiſcuit, de quo ita in Epiſtola ad Henr. Fratrem Vol. 2. Διαλεξ. p. 475. A. 1566. „Neque video, qui negotiis, quae ad munus „meum & officium ſcholaſticum non attinent, „me admiſceam. Mihi res non placet, de qua

Digitized by Google

saris edoctis non sum. d.) De industria & assidua diligentia Adami nostri jam supra commemoravi multa, quae hoc loco repetere nolo. Vid. §. XIV.

XVIII. Saepe etiam cum adversa Noster conflictatus est fortuna, & multae variaeque calamitates animum ejus perturbarunt, vitaeque scholasticae sortem duriorem reddiderunt. Praeterquam enim, quod duro admodum ineuntis aetatis usus initio, subsequenti etiam tempore perpetua inopia in muneribus scholasticis pressius est, ab illo tamen literarum amore, quo ferebatur, abstrahi se avelliq; nunquam passus est. a.) *Tum etiam, cum Grimensium civitatem pestilentia gravis invaderet, & scholam Provincialem penitus disjiceret, variis periculis obnoxius Vurcenam progressus ibidem per id temporis commorari coactus est.* b.) *Praeter has calamitates tristitia saepe gravissima affectus, & in luctu & dolore versatus est, ob funera liberorum suorum, quorum quinque, vix decem mensibus peractis, gravi pestilentia correpti diem supremum obierunt.* c.) *Neque minus multitudo ingratorum discipulorum, quorum numerum jam inire non licet, animum curis & molestiis scholae defatigatum*

mi-

fregerunt, & foedae adversariorum criminationes, & mendaciorum procellae, ita eum exagitarunt, ut saepe do iisin sinu amici conquerendi gravissimam habuerit causam. d.) Non dicam de bellis funestis admodum, & periculosis, quibus Missnia eo tempore, & praesertim schola nostra ejusque Doctores sunt afflicti. Quae dura & aspera fata patienti lenique animo ferre, & spe melioris vitae, fiduciaque clementiae & bonitatis Dei, sustinere, & erecto, & constanti semper animo tolerare valuit. e.)

a.) Quamvis aetatis florem in pulveribus scholasticis consumere, & instituendi pueros laborem obire, cogeretur; diligenter tamen vocationis munere fungebatur. Ita enim scribit ad Stephanum Rothium: Quoniam est voluntas „Domini, & contra non sunt arma movenda „Deum, sane, quamdiu illi placuerit, non invi„tum, sed diligentem quidem, me praebebo. „Freibergi an. 1538. Ipse Adamus de sua saepe conqueritur inopia, qua per totam fere vitam laboravit, in Epistola ad Steph. Rothium MS. Freibergi prid. Pentecost. An. MDXLII. „data: De pecunia, quam tibi debeo, quod nu„per etiam recepi, dabo operam, ut hac aestate „Tibi eam adhuc conficiam. Nunc, quod mit„tam, habeo nihil, ac, quod proverbio dicitur, „Leberide pene sum nudior. Quare a Te ve-

„hementer etiam atque etiam peto, ut aequo a-„nimo paucas adhuc ſeptimanas meam dilatio-„nem feras. Anno MDXLI. ad eundem pariter „Rothium de ſua inopia ſcribit: praeter unum „atque alterum thalerum habeo jam nihil reli-„qui, & alias nimium multa, per proximam hie-„mem cum Chemnicii eſſemus, conſumſimus. „Oro igitur, ut, dum inſtructior paulo fim a pe-„cunia, expectes. Reddam Tibi fide optima, „idque ut quamprimum etiam fiat, curabo. In Tumulis recentibus Lipſ. ap. Jo. Rhambam An. 1577. excuſis in obitum Chriſt. Schellenbergii Annaeberg. ſcribit:

At nos bonis qui terimus aevum literis,
Pueritiae praebemus, & operam ſcholis,
Buſtis notamur: *Pauper & miſer fuit.*

In Carmine lugubri de morte primae Conjugis triſtitia affectus ſcribit, quod legitur Aeloſtich. Libr. I. p. 408.

Pauper eram, ſterili vitam tolerare cathedra
Cogebar, tenui pellere & arte famem.
Docta voluntatem patienter ferre Tonantis,
Non invita tamen pauperis uxor eras.

Filius Adami, Adamus Theodorus, ſe teſtem quoque hujus paternae inopiae praebet in praefatione Paſſionalis ad Ericum Volcmarum, & Conradum Thiel. a Berleps: Pater meus, Ada-„mus Siberus, cum in adoleſcentia, quam ſuis i-„pſum impendere ſtudiis aequius fuerat, coactus „inopia ſcholas ingreſſus pro doctore eſſet, ita „ſeſe in eo vitae genere per annos quinquaginta diver-

„diversis in locis gessit, ut fideliori institutione „conferre illi pauciſſimos possim &c. Eundem fere in modum de Patris sui, & Affinis, Schellenbergii, paupertate, in Epistola ad Schellenberg. Juniorem queritur, quae legitur Vol. 2. Δικλεξ Epistol. p. 458. Literae tuae, mi Cognate, ut exspectatae mihi fuerunt & gratae: ita parum „jucunditatis attulerunt. Significant enim tu„um & tuorum statum minus secundum. Sed „quid agas? haec vita est hominum, nasci, da„nasci, dolere, angi. Quanquam cum illis be„ne actum est, qui ex turbido hoc mari in quietis „inature appulerunt. At ipse re angusta fami„liari uteris. Ne ego quidem, quamvis sine fa„milia sim, abundo, & si annuum salarium in sin„gulos annos suppetat, copiosum me puto. O„pes nostrae literae sunt, etsi in vulgus non satis „notae, aut probatae, Graecae & Latinae, neque „tuus aut meus pater aliis instructi divitiis fue„runt. Jubeo te, mi Schellenbergi, valere. I„dibus Martii. clo Io CXI. In cruce scholastica Adamus noster miserias suas & inopiam satis dilucide exponit Carmine, quod legitur Vol. 2. Gemmae Gemmarum p. 143.

O Curas miseras, tristesque, gravesque docentum
Aerumnas, atque exant laudos mille labores!
Sint, qui vel meminisse horror, gemitusque dolenti!

Confer etiam p. 149. ubi miseriam commemorat, qua pressus est in schola Provinciali.

At vero ille quis? an qualis Troesenius heros,
Oophagusque olim? re fracta de Sicilicum
Est grege, non raro barathrum qui pernicieseque
Gymnasii, queat ut proprias explere lacunas,
Unctior & fiat, nec non quocunque modo rem,
Non pote fi recte, faciat; non farta tuetur
Tecta scholae, pueros male vestit, pascit, aquasque
Tantum non praebet bibere. Heus qui non probat, olim
Abstineat, Caesar dicebat: me mihi oportet
Consulere atque meis: extremum turpe relinqui est.
Assidet his mensis defecta aetate magister,
Huic datur eximii nil: est cibus omnibus aequus,
Combustae fumo carnes, variumque minutal,
Admotae igni bisque dapes, ambesaque frusta;
Jusmale conditum, gallina excluserat olim
Quae centum pullos, panis squarosus, & ater,
Quique haeret cultro cocturam propter inertem,
Et casei lapides, quibus in praecordia vires
Quae veniunt, quantoque augetur robore corpus?

b.) Tempore pestilentiae An. 1566. misera hujus urbis, & scholae, conditio fuit, quae ut multos uti is Cives, ita etiam complures ex Adami nostri

stri familia exstinxit, de quibus infra. Totus Alumnorum coetus dissectus, & Adamus VVurcenam se recipiens apud Dn. Joannem IX. Ingenuae Ecclesiae Misnensis Episcopum, Patronum suum, commoratus, ubi tamen vitam non otiosus transegit, sed in Davidis Poenitentiam, s. septem Psalmos poenitentiales, Commentarium confecit, sicut ipse in Dedicatione hujus Libri ad Joannem IX. supra dictum commemorat: „Hanc Conciunculam, Domine & Maecenas „Ornatissime, ex Arcenadarum Vatis vernacula „lingua scriptis haustam, ceu fonte, sed nostris „verbis expositam, praeponere placuit explica„tiunculis nostris in hymnos de poenitentia „Prophetae & Regis Ebraeorum Davidis, ut ar„gumenti quasi loco esset, & tanquam illustre „vestibulum ornaret nostras qualescunque sub„structiunculas. Quarum ad primam molitio„nem cum abhinc annis quinque, quo tempore „lues pestilis dispecerat scholas nostras (Anno „1571. haec dedicatio scripta est) aggressus es„sem in VVurcena vestra, & reversus postea ad „consuetas operas, in excitatas tanquam, de in„tegro meae fidei commissos pueros adolescen„tesque introducerem, diebus ad divinum cul„tum consecratis, visum est tandem illas libra„riis, uti fabris publicis incrustandas, coloribus „inducendas, pigmentisque expoliendas loca„re, &c. conf. Annal. schol. MS. p. 32. qui testantur 66. Alumnos dimissos esse, & 17. tantum cum Magistris Nunicium abductos ex nostra

ſtra ſchola. In Epiſtola ad Henricrm fratrem, Vol. 2. Or. & Praef. p. 475. optat Adamus, ut peſtis, quae Anno 1566. graſſata, ex his regionibus diſcedat: Utinam ſcholas noſtras queamus „recolligere, & peſtis ex his regionibus diſcedat. „Cal. Nov. 1566. An. 1580. menſe Septembr. „itidem lues quaedam corrupit noſtram ſcho„lam, ut ex Annal. MSS. ſcholae conſtat. p. 70 „Hinc Alumni cum Praeceptoribus dimiſſi ſunt „per duos menſes. c.) Dolorem, quem Adamus ex crebris ſuorum funeribus percepit, ipſe in Tumulis recentibus Lipſ. 1577. ex cuſis Carmine exprimit:

Tempus ad hoc vitae, quo ſunt bis ſena peracta
Luſtra mihi, quid non vidique tulique laborum?
Inter & invidias, odia, & mendacia, ſannas
Dum doceo pueros, formoque bonosque malosque.
Iliae & Aegeriae, Capriique, bonique Trebati,
Atque tot amiſi ſane, intervalla per, annis,
Et Patrem, & Matrem, Fratres, carasque ſorores,
Conſortem thalami, Soceros, Natos, & Amicos,
Affines, Praeceptores, dulcesque ſodales;
Attamen haud ullus fuit hoc infeſtior annus,
Qui mihi (ſic placitum coeleſtia templa tuenti)

Men-

Menſibus eripuit, bis quinis corpora quinque
Cara mihi. Atque equidem luxi praecordia ſubter
Chriſtophorum, & natam: quorum illum extinxerat atra
Filia Saturni: viduo functa iſta cubili
Fato, tradiderat mihi pignora ſena nepotes,
Meque afflictabam, qua nam ratione, viaque
Orphana ali poſſit turba: & jam deſpiciebam
Atque huc, atque illuc: Si quos reperire liceret,
Quis dari adoptandi poſſent puer unus & alter
Forte viri pietate inſtructi, & divite gaza. &c.

In Epiſtola ad Gregorium Berſmannum, bonarum literarum & utriusque linguae in Acad. Lipſienſi Profeſſorem, amicum ſuum colendum, dolorem pariter exprimit, legitur Carminibus Bersmanni ſubjuncta, Lipſ. 1592. edit. p. 367. Nunc alte vulnus adactum. Lu„gebam menſe Januario generum, Auguſto, fi„liolam, proxima hebdomada extuli viduam „Schellenbergii, quam extinxit, quae abitum vi„debatur adornatura, lues peſtilis. Vulnus „Schellenbergicum aliquo modo coaluerat; „filiolae ducebat cicatricem, quando poſtre„mum hoc medicinam admiſſurum ſit, Deus no„vit. Quod reliquerat gener, omne eſt abſum„tum: & jam cogitabam de docanda filia mari„to novo; ut eſſet, qui curam mecum ageret or„phanorum. Nunc & res, & ſpes, me deſerunt. O vere

„O vere miseriam miseriarum miserrimam! E-„quidem solus ferendis sumtibus educationis pat„non sum. Civis fuit tuus Christophorus. Qua„re dispice, quaeso, mecum, possimusne reperire „bonos aliquot Viros, quibus adoptandos quasi „demus duos pueros, Adamum, qui octennis est, „& Andream, qui quinquennis; Utinam in vivis „adhuc esset Conradus noster forte; de Andrea „non laboraremus. Nam pro eo spopondit affi„nis tua, vidua ejus, in sacro baptismate. „Frater meus dimissus est ex aula Sueri„nensi, ipse Sigismundus, Princeps Torgae „nunc est, ut erudiatur una cum Christiano. Mi„sit suos libros frater VVitebergam. Credo e„um hiematurum apud Andream Ebelium. Be„ne vale. Ex ludo illustri. prid. Neptuni Chri„stiani. MDLXXVI. T. Adamus Siberus. d.) De ingratis discipulis nolo hoc loco multa appo-nere, cum satis constet, eos, si non semper, ta-men plerumque, gratorum numerum superare, & raro Praeceptoribus vel leviora beneficia in scholis, pro sudore & labore, ab iis tribui. Au-diamus verba Adami nostri, quibus in Cruce scholastica, supra citata, utitur Gemmae Gem-mar. Vol. 2. p. 148.

At merces est justa tamen, post taedia quae ista
Digna laborantis respondent praemia curis.
O utinam! male habere putat quaecunque magistrum
Duri cervicum pecus, inque domabile patrat.
Huc nares uncas, & ineptos adde cavillos,

Sibi-

Sibilaque, ſtrepitusque, nucum integumenta, lapillos?
Quid? quod, & obloquitur, componit Crimina falſa,
Incuſatque puer Mallotem perditus ipſum?
Liber ut eſſe, ſcholis citius, ſtudiisque relictis,
Poſſit, & ipſe ſuo tandem ſibi vivere more,
Diſcere multa optant, qui progenuere, parentes,
Inque brevi ſpatio, natos; ſed ſolvere quinam
Mercedem properat? multo munuſcula gratus
Qui mittat, minus eſt: tae odii ſolatia parva.
Ergo perire fame placeat niſi, ſumere amico
Cogeris, aut a vicino, miſerandus & hoſti,
Quod niſi verſura nequeas diſſolvere facta,
Nuper, ut Hayneccius, & Schellenbergius, ante
Innumerique alii, nam de me dicere nolo,
Qui niger eſt, ne me naſo ſuſpendat adunco.

Neque calumniatoribus & obtrectatoribus caruit Adamus noſter, de quibus in epiſtola Dedicatoria in Commentar. ſcholaſt. ad Poenitent. Davidis queritur: Viſum eſt has expoſitiones in lucem proferre duas ob cauſas: unam ne in piorum carbonariorum, eas ſibi inepte delinentium, negligentia toties vitium facerent; alteram, ut in horum temporum infeſtis ac perniciosis diſſenſionibus ad minus aequos laborum

Digitized by Google

„rum noſtrorum aeſtimatores a tempeſtatibus „ac procellis mendaciorum & calumniarum ut„cunque nos tegerent & defenderent. Geor„gius Fabricius, integer Adami noſter amicus, „in epiſtola, quae huic citato Commentario „praemiſſa eſt, odia aliorum in ſe & Adamum „exponit: Creſcant ſane odia in nos hominum, „Sibere, nos Clementem Deum habemus, cujus „bonitatis eſt, quicquid ſumus, aut ſcimus, & ſi„ne cujus beneficio ne gratum quidem animum reddere valemus. an. 1571. ſcripta. e.) Conſtans Siberus fuit in adverſis rebus & duris laboribus ſcholaſticis, & Rectoris partes, juxta diſtichon illud Andreae Cratonis, ſuſtinuit:

Gymnaſii Rector ſit ſemper fortis ut Hector,
Sicut Hiob patiens, atque Sibylla ſciens.

XIX. Non docendo ſolum, & regendo, ſed libros etiam, ſcholis utiles, & admodum neceſſarios, in lucem aſpectumque edendo, privatim & publice juventuti prodeſſe laboravit Adamus, qui ſinguli ſatis teſtantur, eum omne tempus, a munere graviſſimo, & moleſtiis ſcholae, vacuum, legendo ſcribendoque conſumſiſſe. Quantum enim temporis alii vel corporis deliciis, vel voluptatibus, aut recreationibus, tribuerunt, tantum hunc conſcribendis libris impendiſſe conſtat, qui omnes tam accurate cogitateque, & ſoluta, & ligata, o-

ratione ſcripti ſunt, ut uno omnium eruditorum conſenſu digni ſint, qui ſedulo legantur, & junioribus commendentur. Seriem horum librorum legimus in Lotichii Bibliotheca Poëtica, in Jacobi Friſii Bibliotheca Geſnero Simleriana, in Martini Lipenii Bibliotheca Philoſophica, in Pauli Freheri Theatro Virorum eruditorum, in Godofredi VVageneri ſerie Collegarum Gymnaſii Freibergenſis, in Adolphi Clarmundi Vitis doctorum virorum, & in aliis Auctoribus, paſſim occurrentibus. Neque tamen plenus & accuratus Librorum Siberinnorum ordo in uno horum Auctorum apparet. Quem igitur nos jam paulo mutantes enumerabimus primo ſcripta ab ipſo Auctore edita, tum ea, in quibus edendis & emendandis occupatus fuit, & tandem quæ inchoavit, ſed poſt mortem imperfecta & inedita ſuis reliquit. a.)

a.) Joan. Petrus Lotichius Bibliothec. Poet. P. III. p. 59. ſeqq. enumerat quidem ſcripta diſerta, prout vocat, Siberi noſtri, non tamen accurate, neque omnia attingit, ſed quaedam Ad. Theod. filio, attribuit, quae Patri Adamo tribuenda ſunt. In Jacobi Friſii Geſneriana Bibliotheca videri poſſunt haec ſcripta fol. 6. neque tn. ſatis accurate. Martinus Lipenius in Biblioth. Philoſ. p. 116, pauca Siberi ſcripta recenſet,

recenſet, reliqua omittens. Paulus Freherus in Theatr. Viror. eruditione clarorum pag. 1477. recenſet quidem Siberi ſcripta, ſed editiones varias nou apponit, neque omnia attingit. Praeclariſſimus Dominus M. Godofredus VVagenerus, Fautor & Amicus meus maximopere colendus, accuratiorem Ordinem Ad. ſcriptorum in ſerie Collegar. Freibergenſ. obſervat p. 6. Sunt tamen quaedam omiſſa, quae nobis ſupplenda veniunt. Clarmundus obiter & leviter commemorat Adami ſcripta P. VII. p. 121. neque lectori ſatis facere poteſt. Hos omnes Duces ſecuti ſumus, in enumerandis Siberi ſcriptis, ex ſedula tamen collatione, & lectione ea, quae a nemine obſervata ſunt, addere laboravimus.

XX. Initium merito facimus a laboribus ſacris Adami noſtri, & iis quidem libris, quos pro animi ſui religione, & vera, qua praeditus erat, pietate, in Sacram Scripturam confecit, quam dies noctesq; ſecum meditatus eſt, ſuisque Auditoribus omni ſtudio commendavit. Primus ergo ſit Commentariolus ſcholaſticus *in Davidis, Iſaei filii, Prophetae & Regis Hebraeorum,* Poenitentiam *ſ. Pſalmos VII. poenitentiales, ex quo libro non minus pio, quam ſatis erudito, & ſingulari ſtudio confecto magnam ſibi ſedulus lector promittere poteſt utilitatem, quem VVurcenae aggreſ-*

greſſus eſt, eo tempore, quo lues peſtilis ſcholam provincialem disjecerat, quod in Dedicatione Reverenda Amplitudine Antiſtiti, D. Joanni IX. ingenuae Miſnenſis Epiſcopo, dicata, fatetur, & poſtea edendum curavit. Huic libro ſimul adjunxit inſtitutionem pietatis Davidis, ſive Commentarium in Pſalmum CXIX, cui peculiarem praefationem praemiſit, item Halleluja aureum, ſ. Commentarium in Pſalmum CXVIII. & ortum Filii Dei Jeſu Chriſti in terris, & Cruciatum & Mortem Ejusdem, ex Eſaiae cap. IX. & LIII. Quibus ſubtexuit Querelam de verbi Dei contemtione ex Germanico Martini, Lutheri, Theologi, & Dijudicationem doctrinae verae a falſa in Eccleſia. Tandem ſequitur Liber Quintus Epigrammatum ad D. Jonam a Zeſchavv, & Tumulorum Liber ſecundus, cum epiſtola ad D. Andream Mylium. In fine apparet paraphraſis Elegiaca Pſalmorum Poenitentialium Jo. Vogelii, Dresdenſis, ad Adamum Siberum. a.) *Hanc laborem ſcholaſticum cum bonis & eruditis viris minime diſplicere intellexit, calcar ei a Philippo Melanchthone & Chriſtophoro Ampelurgo, alias VVincero, adhibebatur, ut ad perpolienda abſolven-*

recenſet, reliqua omittens. Paulus Freherus in Theatr. Viror. eruditione clarorum pag. 1477. recenſet quidem Siberi ſcripta, ſed editiones varias nou apponit, neque omnia attingit. Praeclariſſimus Dominus M. Godofredus VVagenerus, Fautor & Amicus meus maximopere colendus, accuratiorem Ordinem Ad. ſcriptorum in ſerie Collegar. Freibergenſ. obſervat p. 6. Sunt tamen quaedam omiſſa, quae nobis ſupplenda veniunt. Clarmundus obiter & leviter commemorat Adami ſcripta P. VII. p. 121. neque lectori ſatis facere poteſt. Hos omnes Duces ſecuti ſumus, in enumerandis Siberi ſcriptis, ex ſedula tamen collatione, & lectione ea, quae a nemine obſervata ſunt, addere laboravimus.

XX. Initium merito facimus a laboribus ſacris Adami noſtri, & iis quidem libris, quos pro animi ſui religione, & vera, qua praeditus erat, pietate, in Sacram Scripturam confecit, quam dies noctesq; ſecum meditatus eſt, ſuisque Auditoribus omni ſtudio commendavit. Primus ergo ſit Commentariolus ſcholaſticus *in Davidis, Jſaei filii, Prophetae & Regis Hebraeorum,* Poenitentiam *ſ. Pſalmos VII. poenitentiales, ex quo libro non minus pio, quam ſatis erudito, & ſingulari ſtudio confecto magnam ſibi ſedulus lector promittere poteſt utilitatem, quem VVurcenae aggreſ-*

greſſus eſt, eo tempore, quo lues peſtilis ſcholam provincialem disjecerat, quod in Dedicatione Reverenda Amplitudine Antiſtiti, D. Joanni IX. ingenuae Miſnenſis Epiſcopo, dicata, fatetur, & poſtea edendum curavit. Huic libro ſimul adjunxit inſtitutionem pietatis Davidis, ſive Commentarium in Pſalmum CXIX, cui peculiarem praefationem praemiſit, item Halleluja aureum, ſ. Commentarium in Pſalmum CXVIII. & ortum Filii Dei Jeſu Chriſti in terris, & Cruciatum & Mortem Ejusdem, ex Eſaiae cap. IX. & LIII. Quibus ſubtexuit Querelam de verbi Dei contemtione ex Germanico Martini, Lutheri, Theologi, & Dijudicationem doctrinae verae a falſa in Eccleſia. Tandem ſequitur Liber Quintus Epigrammatum ad D. Jonam a Zeſchavv, & Tumulorum Liber ſecundus, cum epiſtola ad D. Andream Mylium. In fine apparet paraphraſis Elegiaca Pſalmorum Poenitentialium Jo. Vogelii, Dresdenſis, ad Adamum Siberum. a.) *Hanc laborem ſcholaſticum cum bonis & eruditis viris minime diſplicere intellexit, calcar ei a Philippo Melanchthone & Chriſtophoro Ampelurgo, alias VVincero, adhibebatur, ut ad perpolienda abſolven-*

daque ea, quae in universum Psalterium Davidis haberet in manibus, majore cura contentioneque incumberet. Hinc Commentariorum scholasticorum in universum Psalterium Davidis *quinque libros, duobus Tomis distinctos, quorum prior duobus, posterior tribus, libris, absolvitur, in publicam lucem evulgavit, & satis omnibus probavit, quam sedulus, quam eruditus, in hoc Psalterio enucleando & illustrando fuerit.* b.) *Quibus subjungo merito* Passionale, *sive Historiam Passionis Domini nostri JEsu Christi Commentariolo scholastico eleganter & nervose illustratam, quam elaboratam & confectam, morte praepeditus, filio suo Ad. Theodoro edendam reliquit, cui accessit ex veterum & recentiorum Poëtarum monimentis de eadem Historia Carminum liber unus.* c.) *Sequitur* Sabbatum puerile, *in quo Rudimentorum doctrinae Christianae Libri duo occurrunt, preces pueriles Christianae, Carpus item, seu doctrinae Christianae pueriles Capita centum, sacrarum literarum testimoniis maxime insignibus illustrata, Conciunculae sacrae pueriles, Christianae & Anti-Christianae doctrinae Capita praecipua e regione opposita, & tandem*

dem Miſcellanea ſacra. d.) *Ut vero diſcipulos ſuos in fide & religione certos firmosque redderet, iisque Compendium Doctrinae Chriſtianae ante oculos verſaretur, ex quo Doctoribus ſuis ad quaeſita de religionis fundamentis apte reſpondere, & animos ſuos, motis ab adverſariis dubiis, confirmare, & Deum recte celebrare ſciant,* Breviarium Chriſtianum *concinnavit, continens Doctrinam divinam, Preces, Cantica, & Hymnos Eccleſiae, quae omnia ſcholiis illuſtravit.* e.) *Eundem quidem laborem praeſtitit in libro, quem* Pietatem Puerilem, *& poſtea* Enchiridion pietatis puerilis, *oratione numeroſa conſcriptum, vocavit, ſed longe alio modo & inſtituto. Nam in Breviario inſtitutionem doctrinae Chriſtianae potiſſimum ſoluto ſermone pertractavit, & elegantiſſimis ſcholiis illuſtravit; in Enchiridio vero pietatis ex diverſis Doctorum monimentis Carmina collegit, cujuscunque generis, iisque Capita Chriſtianae pietatis abſolvit, ex ſuis etiam Carminibus ſacris quaedam hinc inde apposuit.* f.)

a.) Lotichius, Freherus, VVagenerus, Clarmundus, & Autores Lexici eruditorum, aliique, mentionem fecerunt Commentarii in VII. Pſal-

mos Poenitentiales Davidis, sed Lipenius, ut plures libros, ita hunc silentio praeteriit. Editionem hujus possideo Lipsiae 1572. in 8. impressam, ap. Andream Schneiderum, typis Vogelianis: aliam non vidi, nec inquirere potui, num plures exstent? Hunc librum Adamum VVurcenae tempore pestis, Anno 1566. aggressum esse, jam supra commemoravimus, nec hujus loci est omnia repetere. Inscripsit Patrono & Maecenati suo, Dn. Joanni IX. Ingenuae Ecclesiae Misnensis Episcopo, & Reverenda amplitudine Antistiti Cal. Nov. 1571. Causam etiam hujus Dedicationis addit: Quibus sane omnibus Tuum, Patrone, nomen praefigere volui, tum „iis dignitatis ut aliquid accederet ex amplitudi„ne Principis boni, humani, eruditi, amantis do„ctrinae coelestis, & tranquillitatis Christianae „cupidi, tum etiam, ut pro multis, & magnis, „quae mihi meisque dedit, & nunc quoque dat, „clementiae Tuae munificentia, beneficiis gra„tiam, quantam possem, referrem. Quod ut „acceptum habeas, & munusculum nostrum, „non ex ipsius praestantia, nisi quantum ad ora„cula Spiritus Sancti attinet, sed, quae clemen„tiae Tuae est facilitas, ex dantis animo spectes, „etiam atque etiam vehementer oro. Certe „commentariolum hoc nostrum, si bonis & eru„ditis viris minime displicuisse intellexerimus, „calcar nobis adhibebitur, ut ad perpolienda ab„solvendaque ea, quae in universum Psalterium „Davidis habemus in manibus, majore cura con-

ten-

„tentioneque incumbamus. Verſione Carmi-
„num Davidicorum uſi ſumus ea, quam incer-
„to autore editam plurimis jam ſeculis in coetu,
„Chriſto initiatorum, uſurpat Eccleſia. Sed
„quae παρενθέσει interpoſuimus, ea de inter-
„pretatione D. Hieronymi Stridonenſis
„ſunt inſerta, qua in re ignaris linguae ſacrae, quae Ebraea nuncupatur, conati „ſumus inſervire. Apparet Georgii Fabricii, amantiſſimi Siberi amici, Epiſtola in principio hujus libri, quae digna eſt, ut apponatur: Longo „tempore non legi ſcriptum melius, & mihi gratius, quam tuum, in quo explicas hymnos ſacros, ſine morſu, ſine contentione, & ſine omni „acerbitate. Macte igitur, vir doctiſſime, & talia poſthac plura emitte, dictante tibi Spiritu „Sancto. Si nobis Turca occideret liberos, aut „Muſcobita raperet conjuges, quem accuſare„mus, niſi delicta noſtra? Si nos tradunt diſci„puli, injuſte accuſant amici, quid faciamus ali„ud, niſi quod Deus & Dominus noſter? Igno„ſce illis. Unusquisque ſuum Saulen habet, at„que Doegum. Quieſce igitur animo, & ora „Deum, ne metuas pulverem. Lutheri diſcipu„li ſimus, qui niſi praetuliſſet facem, eſſemus „Sodoma deteriores. Creſcant ſane ordia in „noshominum: habemus nos clementem De„um, cujus bonitatis eſt, quicquid ſumus, & ſi„ne cujus beneficio ne gratum quidem animum „reddere valemus. Eum igitur, quod hoc tuo „ſcripto facis, celebremus ore, calamo, pectore,

„quantum possumus, & quam diu possumus, „ac precemur, ut e favillis nostris excitet hostes „Satanae. Vale feliciter. Misna e ludo illustri XXV. Jun. MDLXXI.

b.) Libri quoque Commentariorum scholasticorum in universum Psalterium Davidis duobus tomis VVitebergae impressi sunt, ap. heredes Joannis Cratonis Anno 1580. in majore forma 8. Aliam editionem inquirere non potui, nec alia fortasse edita est. Clarmundus P. VII. laudat quidem Auctoris diligentiam, & finem laudabilem in hoc opere perficiendo; Sed editionem nullam habet. Non vero omiserunt hunc Commentarium Lotichius in Bibl. Poet. Freherus in Theatr. viror. et Auctores Lexici eruditi Lipsi. editi, item VVagenerus in Serie Colleg. Gymnas. Freiberg. Inscripsit hunc librum, ut in altera parte primae paginae legitur,

JESU CHRISTI
REGIS REGUM & DOMINANTIUM
DOMINI ECCLESIAE
COLUMNAE VERITATIS.

Qui natus fueram peccator, utroque parente,
At natus, Mater, glorior esse tuus,
Accipe cara tui non magna Ecclesia alumni
Munera, sponso, habeo quae, mihi dante tuo,
Bis puer haec pueris legi, dum Carmina Regis
Explico Jessaei, non sine fruge meis.

Can-

Digitized by Google

Candidus, ut prosint aliis quae publica, votis
Et multis opto, commoda multa ferant.
Uni sola salus CHristo quae credit, & affert
Adiunctis fructum proximitate, FIDES.
Cetera sunt fraudes licet asserat Angelus illa
Ipse Deus verax, vanus at omnis homo.

Dedicavit hunc Commentarium omnibus in Electoratu Saxoniae, & Misnia, Ecclesiarum Moderatoribus, Consiliorum gubernatoribus, Academiarum Rectoribus, Praefecturarum administris, urbium Consulibus, oppidorum Decurionibus, & elegantem hujus Psalterii commendationem appposuit, quod nullus hoc Davidis scripto liber melior praestantiorque apparaturus sit, & quod inter reliquos libros Scripturae S. universos emineat, & fulgeat, ceu sol inter minora sidera, Davidicum Psalterium, eo quod contracta brevitate doceat, non quid unus alterve fecerit eorum, qui terreno curriculo glorioso confecto, in coelestia conclavia digressi sint, sed quid, qui caput est, & princeps omnium sanctorum, egerit Christus, & quae corpus ipsius, tota in his terris agat Ecclesiae. Nominat etiam Psalterium Epitomen doctrinae salutaris, quia de Deo, ejusque natura ac voluntate, de homine, peccato, lege, illiusque antiquatione, de Evangelio, ac fide, de Christi liberatoris aerumnis, tormentis, supplicio, morte, nec non de peccato, & Satanae victoria, ac regno imperioque sempiterno, de justitiae denique sacrificiis, & integrae at-

que innocentis vitae inchoatione docenda quae sunt & cognoscenda, omnia in Psalterio sunt explicata. Exinde etiam ob exempla pariter sanctorum morum, & honestorum studiorum non inmerito dicit: reliquos libellos mutos nobis & elingues sanctos, Psalterium vero vivos, loquentes, & vitam tractantes, repraesentare. Plura & quidem egregia addit ibidem ad Psalterii Commendationem, quae erudito lectori displicere non possunt. Causas, quibus commotus sit hos Commentarios conficere, sequentibus verbis exponit: Quod ad commentarios hos nostros attinet, conficiendi eorum haec fuit occasio: Cum annis superioribus post Carmine elegiaco expressas precationes Testamenti utriusque Psalterio quoque Davidico, ut integrum absolverem argumentum, manus admoturus essem, quos poteram tum temporis reperire & veteres & recentiores, qui largo divinitatis haustu compotes, seu translationes, seu commentationes in scriptum Davidicum suas edidissent, mihi advocavi, ut laboribus eorum adjutus sententiam Prophetae quam rectissime, apte quidem, certe liquide, & maxime concinne, explicarem. Quod me non infeliciter tentasse Vir clarissimus, *Philippus Melanchthon*, testatus est in sua, quae exstat, ad me epistola. *Delectatus*, ut ipse loquitur, *& proprietate & venustate*. Adjumenti etiam mihi non parum attulit *Christophorus* noster *Ampelurgus*, qui

„qui paſtorem apud nos geſſit Eccleſiaſticum, & „ante annos aliquot lue peſtifera extinctus eſt. „Quia enim vir ille Ebraearum literarum ſcien„tia, ut quisquam alius, inſtructus erat, multos „nobis obſcuros ſaepe numero, & pro Concioni„bus ſacris, & privatim, locos explanavit. Hoc „ideo ſcribo, quod & ingenui animi eſt, non diſ„simulare, per quem profeceris, & gratam mihi „memoriam praeſtandam putavi amico, quo ego „virum meliorem, & Theologum magis di„lertum, & experientiorem non cognovi. Id „vero in veſtro potiſſimum nomine apparere „volui, ut videatis, quae in illuſtri hac Principis „Electoris Auguſti ſchola Provinciali pueris & „adoleſcentibus, qui ad nos mittuntur, a nobis, „in rebus ad pietatem pertinentibus proponan„tur, &c. E ludo illuſtri Grimae Kal. Septemb. „1580. Etiam Lutherum, & Marcum Antoni„um, ſe ſecutum ſcribit ad Pſ. V. p. 27. in hoc „Commentario abſolvendo.

c.) *Paſſionale*, ſeu cruenti ſacrificii Domini noſtri JEſu Chriſti, Dei aeterni, & Mariae Galilaeae Virginis, Filii Hiſtoria commentario ſcholaſtico ab Adamo illuſtrata poſt mortem Patris edita eſt a Filio, Adamo Theodoro, 1589. in 8. Lipſiae, ex officina Abrahami Lambergi. In Dedicatione ad Dn. Erichum Volcmarum a Berleps illuſtriſſ. Electoris Saxoniae Conſiliarium, Judiciique Provincialis Praeſidem, ac Thuringiae Exarcham, & ad Dn. Conradum Thiel, a Berleps, Praefect. Hanenſ. & Minzeber-

berg. ſcripta indicat Ad. Theodorus haec o-
„mnia: Cum hoc tempore ita accidiſſet, ut ali-
„quid eorum Patris mei ſcriptorum, quae modo
„nominavi, edendum eſſet, viſum fuit initium
„faciendum a commentariolo ſcholaſtico, quo
„Hiſtoria Dei & Mariae Virginis Filii Domini
„noſtri JEſu Chriſti ſacrificii, quo genus huma-
„num expiavit, atque in integrum reſtituit, ex-
„plicata continetur. Id quicquid eſt operis,
„quod certe & primae aetatis inſtitutum confe-
„ctumque eſt hominibus, & re fortaſſe etiam te-
„nuius videbitur, quam patet de inſcriptione,
„ſed quicquid tandem eſt, in veſtrae amplitudi-
„nis nomine apparere volui. Quia enim pa-
„rens meus hoc ipſum commentariolum ad vos
„mittere ſtatuerat, ſi ante in lucem prodiiſſet,
„quam ipſe e vita diſcederet; nefas eſſe arbitra-
„tus ſum, committere, ut illud ad nomen alteri-
„us nunc tranſiret, patronosque mutaret, prae-
„ſertim cum vos eos eſſe conſtet, qui in ſummo
„dignitatis gradu collocati rerum tamen ſacra-
„rum cognitione nihil ducatis antiquius, literas
„vero, quibus ipſi ſingulariter excellitis, quae-
„que vos aeternis laudibus illuſtrant, amare in a-
„liis ſoleatis, ac ſtudiis veſtris profequi. Quam
„rationem judicio primum ſuſceptam, conſue-
„tudine hactenus confirmatam, ſi, quod facitis,
„retinueritis, tantum vobis liberales diſciplinae
„debebunt, quantum poſteritatis memoria per-
„ſolvere vix unquam poſſit. Grimae VIII. Cal.
„Mart. 1589. Cur huic libro inſcripſerit titulum:

Paſ-

Digitized by Google

Passionale prima pagina exponit, caulasque hujus inscriptionis profert. Carminum librum unum ex veterum & recentiorum Poetarum monimentis de Passione, morte & sepultura Christi ipse Adamus Siberus Anno 1584. Kal. Jan. antequam e vita discessit, D. Conrado Thiel a Berleps inscripsit, his verbis:

Haec schola Fabricii quondam, nunc aucta Siberi
In vulgus altera vice
Dat vobis sancti puerique, virique, senesque
Berlepsi & in primis tibi
Curte genus Thilo clarum virtutibus augens
Et erudita gloria
Munus inacceptum quod ne sit, & esse Siberum
Inter tuos sinas, petit.
Ex schola illustri ad Moldam Kal. Jun. 1584.

Scripsit etiam Adamus de Passione Servatoris nostri Christi Carmina, quae apparent in Enchiridio pietatis puerilis.

d.) *Sabbatum puerile* Lipsiae impressum est apud Jo. Rhambam An. 1575. in 8. quod V. Cl. M. Christophorus Hauptius, Scholae oppidanae Grimensis Rector praeclare meritus, mecum communicavit. Dedicavit Illustrissimi Principis ac Domini Augusti Ducis & Pr. Electoris Sax. illustri Filio, D. Friderico, & quidem Carmine Jambico quaternario. Titulo libri sequentia inscripsit:

Hic

Hic neque fama mihi petitur, neque gloria: fama
Omnis & hoc scripto gloria, Christe, tua est.

e.) *Breviarii Christiani* Simlerus in Bibliotheca non meminit, neque Lipenius; meminit tamen Freherus in Theatro erudit. Viror. itemque Lotichius, VVagenerus, & Clarmundus. Exstat editio Lipsiae ap. Jo. Rhambam impressa An. 1575. in 8. Auctores ordine apposuit, quorum dictis, sententiis, & versibus in scholiis usus est. Dedicavit hunc Librum singulari suo Patrono Reverenda Amplitudine Praesuli ac Domino Do. Joanni IX. ingenuae Ecclesiae Misenensis Episcopo, in qua dedicatione solide probat ex natura & ex scriptura, esse praestantem aliquam aeternamque mentem, quam Deum nuncupamus, eamque humano generi suspiciendam colendamque. Tandem causas addit quibus commotus sit hunc librum conscribere, & Patrono huic dedicare, verbis notatu dignis: „Cum autem in curatione muneris scholastici, „quod jam XL. prope annum gerimus, semper „nobis fuerit propositum, tum, ut fidei nostrae „commissam adolescentiam ad Deum, & Dei „Filium, JEsum Christum, Spiritus Sancti bene„ficio, cognoscendum, implorandum, celebran„dum, & laudandum deduceremus: ne nunc „quidem ab eo studio, quantum quidem omni„no facultatis a propitio Deo datur, desistendum „mihi judico. Itaque ut primum utriusque foe-

de-

„deris Precationes, una cum Psalmis Davidicis, „Carmine expressi Elegiaco; deinde ipsam Psal„terii, quam Gallicam vocant, versionem lem„matibus, stellulis, notisque insignitam in aper„tum retuli: Sic superioribus mensibus curae „nonnihil, studiique Hymnis, Canticis, Preca„tionibus Ecclesiasticis perspeculandis impen„di. Itaque valere jussis, quibus idolorum cul„tui dediti Virginem Dei param, & qui, terreno „curriculo glorioso confecto, in coelestia con„clavia digressi sunt, amicos Dei onerarunt po„tius, quam honorarunt, Precibus & Carmini„bus: ea tantum, quae antiquae aliquid, & sin„cerioris pietatis redolere visa sunt mihi, in li„bellum hunc conjeci, Scholiisque illustravi. Ac „quidem plane videbunt, & perspicue in hoc li„bello adolescentes nostri, quantumvis inhiant „in interitum Ecclesiae Satanas seculis multis „omnes vires comparavit, & obnixe manibus, ac „pedibus in hoc potentiam suam intenderit, ut „denssissima tenebrarum caligine cuncta obrue„ret: semper tamen scintillulas quasdam pieta„tis in precibus, & votis piorum relictas fuisse? „ex quibus tandem annis superioribus ignis cla„rissimus est excitatus, quo splendorem suum „fundens Veritas ita eluxit, ut errores seculi prio„ris qui non videat, coecus esse sine ulla dubita„tione sit perhibendus. Neque vero non habe„bunt hic, quibus salus cordi est, bonorum mul„torum precationum formulas, quibus ad aver„tendam iram Dei utantur, &, dum (puniente

Nu-

Digitized by Google

„Numine coeleſti ingrati animi culpam Germa-
„maniae, quae non cognovit tempus, ipſius ra-
„tio quo eſt habita)

„Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
„Una Eurusque, Notusque ruunt.

„Ut & Eccleſiae, & Reipublicae interitus, Imperi-
„ique univerſi occaſus, videatur appropinquare:
„ex ſuperſtitionum, diſtractionum, ſeditionum,
„perfidiae, & plus quam Scythicae crudelitatis
„ſcopuloſo, & infeſto pelago in portum, qui
„eſt tutiſſimus poenitentiae, & emendationis
„vitae, provehantur. Hunc autem qualem-
„cunque opuſculi noſtri laborem in tuae, Mae-
„cenas optime, Pietatis, Sapientiae, & Virtutis,
„nomine apparere volui: & quia Poenitentia
„Davidica, anno abhinc tertio, quam iſtuc miſi,
„ingrata vobis non accidit: & quod ex Bibliothe-
„ca Vurcenſi libros, ex quibus haec colligerem,
„tua venia depromere mihi conceſſum fuit. Do-
„minus Deusque noſter Jeſus Chriſtus Amplitu-
„dinem tuam quam diutiſſime ſalvam tueatur,
„& incolumem. Ex ludo illuſtri Grima. CL.
JAN. MDLXXV. De uſu hujus Breviarii in
fine libri Carmen confecit ad Ad. Theodorum
Siberum filium, quod ob rerum elegantiam o-
mittere nolui:

Adame Fili, mane ſurgenti toro,
Recitare Capita cura prima ſit tibi
Pietatis, unde Chriſtiani dicimur:
Tum Davidis aliquem ordine Prophetae
adjice

Pſal-

Psalmum, Deo gratesque pro custodia
Age noctis, atque concine Hymnum, in litteras
Teque abde: quo prodesse possis civibus
Olim tuis, praebere & operam Ecclesiae:
Hinc sive corpus refficis cibo, soris
Seu quid, domive negotii tractas, pius
Specta potentis gloriam Trinuminis.
At hora cum quietis instat, ordine
Tecum revolve lucis acta totius,
Pete, veniamque tribuat erratis Deus
Tuis, tuorumque: adde & hymnum, Davidis
Rursusque Psalmum: teque trade vindici,
Somnum capessens, pro salute publica,
Nixus cruore, quo litavit. Sic Deo
Et vivus, & eris mortuus gratus Patri.

f.) Pietatem puerilem non omittit Similerus, cum quo faciunt VVagenerus & Clarmundus; sed Lotichius, Freherus, & Lipenius omiserunt. Ex diversis doctorum recentiorum monimentis collegit Carmina Siberus, iisque sua addidit, & quatuor libris distinxit, quorum primus continet Capita Christianae pietatis secundum ordinem; secundus continet preces diurnas pueri; Tertius preces varias Christiano homini necessarias, quartus officia Liberorum ex Epistola Paulina ad Ephesios pertractat; quibus adjecit παραίνεσιν Jambicam, de officiis puerorum, saepe citatam, & multa alia. Impressa est haec Pietas Lipsiae Anno 1551. 8. ap. Valentin. Papam, & rursus ap. eundem 1561. 8. Sed aucta & emendata,

Non ita multo poſt hunc librum excudendum curavit de literis praeclariſſime meritus *Jo. Oporinus*, ſed ſub alio titulo, qui erat: *Enchiridion pietatis puerilis &c.* Baſiliae 1563. menſe Auguſto, cui acceſſerunt de Paſſione Dn. noſtri JEſu Chriſti, Dei, & virginis, Filii, ex diverſis Autoribus, antiquis & recentioribus, collecti libri duo. Addidit his diſticha Epiſtolarum Dominicalium, conſcripta a G. Fabricio, Chemnicenſi, item Diſticha in Evangelia Dominicalia conſcripta a Jo. Stigelio. Prodiit porro hoc Enchiridion pietatis puerilis Lipſ. 1580. in 8. auctius & emendatius ab ipſo Adamo, cui praemiſit praefationem, quae varias editiones & ſummam libri exhibet: Octavus nunc & vigeſimus annus „exactis completur menſibus orbis, ut Poeta ca„nit, ex quo συλλογ.ῆ ſcholaſtica in unum rede„gimus a religioſis & doctrina excultis viris Carmine tractatam κατηχησιν, quae ſumma „ſunt capita doctrinae Chriſtianae. Eo tem„pore accerſebamur ad gubernationem, quam „aperiendam curaverat inclytus Dux, & Elector „Princeps, Saxo, Mauritius, ſcholae Grimanae „ad Muldam, in qua quidem etiamnum ſaxum, „quod dicitur, Siſyphium volvimus. Quare ut „haberent fidei noſtrae commiſſi pueri, unde „haurirent pietatis elementa, numeroſa etiam „oratione expreſſa: maturavimus libelli editio„nem, & Valentino Papae eum miſimus, qui „Lipſiae *pietatem puerilem* (ſic enim inſcri-

pſera-

„pseramus libellum) bis formis aeneis excudit: „deinde *Jo. Oporino* de literis praeclarissime merito, Basileam, *ex cujus officina libraria Enchiridii titulo, etiam bis prodiit.* „Cum autem admonitus essem hoc tempore collectionis nostrae exempla desiderari in scholis: „feci sane non invitus, ut aliquot dies recensioni laboris nostri impenderem, & quae interea „temporis, ut venerant quaeque in manus, comportaveram, adjungerem. Eum ergo libellum „concinnatione, recensione, distinctione, & adjectionis novae accessione auctum cum Christum, & Musas, amantibus omnibus rursus communem esse volumus, & (nebulonibus ad cor„vas relegatis) vobis pueri & adolescentes boni, „ingenui, honesti, & sedulo, quibus cordi sunt „pietas artesque liberales, commendemus. Aeternus Princeps & Dominus naturae universae „Pater Domini nostri JEsu Christi, filii sui ergo „Spiritu suo Sancto moderetur studia vestra, ut „lumine ingenii, aetate & gratia, tum apud Deum proficiatis, tum apud homines. E ludo Illustri Grima Kl. Sextilis MDLXXVIII.

XXI. Cum nihil prius & antiquius in munere suo scholastico haberet Adamus, quam ut discipulos suos doctrina bonarum artium, & linguarum scientia, quotidie augeret, in usum eorum, ut etiam absentibus consuleret, & post mortem aliis prodesset, ejusmodi libros concinnavit, quibus omni-

um rerum propria nomina exposuit, & primam puerorum institutionem, & artium earum, quae de sermone agunt, initia, ac viam, ad eruditionem perveniendi compendiariam, demonstravit. Quem in finem conscripsit Gemmam Gemmarum, *seu Epitomen Nomenclatoris Hadriani Junii, Medici, in quo libro puerorum imbecillitati consulens occupatus maxime fuit, ut vocabula rerum propria & nativa iis nota redderet, & ad ipsum Junium, quem ob explicationem variarum linguarum nimis prolixum, & ob exemplarium paucitatem rarum, putavit, paulo post evolvendum magis eos aptos idoneosque efficeret, adjunctis primo Neanisci, post etiam Tabellario & Chrysogonis Jo. Sturmii, & idea formandorum studiorum Rodolphi Agricolae, & Paraeneſi Jambica de officiis puerilibus, ab ipso Adamo confecta.* a.) *Neque tamen nudis rerum solum vocabulis & denominationibus instituere juventutem voluit Adamus, sed artium etiam ac disciplinarum principia tradidit & docuit, a quibus principiis incipiendum, per quae deinceps spatia ad altiora progrediendum sit. Proinde in usum scholasticae juventutis conscripsit* Margaritae scholasticae partes quatuor

tuor, *seu Rudimentorum artium, quae de sermone agunt, educationi puerili confectorum. In omnium prima parte continentur institutio hominis Christiani, Nomenclator puerilis, Donatus minor, s. Sententiae proverbiales, Donatus major s. Rudimentorum Grammatices pars altera, Sententiae morales. In altera parte apparent Grammatices Latinae compendium, disticha sacra, Syntaxis, Prosodia, Epigrammata, Carminum usitatissimorum exempla. In tertia parte continentur: Educatio puerilis Linguae Graecae, disticha insignia septem Sapientum, Figurae Grammatices, Gnomae Graecae, Copiae verborum, Praecepta puerilia, Initia Rhetorices, Colloquia Graeca, Verba Graeca Anomala, Miscella, Ratio syntaxeos Graecae, Anthologia Epistolarum Graecarum, Figurae Rhetoricae, Hercules Prodici, Aurea Carmina Pythagorae. In quarta parte sunt Initia Dialectices, Argumentandi formulae Oratoriae, Progymnasmata s. primordia dicendi, Isocrates ad Demonicum, Initia doctrinae de moribus ex Ciceronis officiis.* b.) *Praestitit quoque Noster multa ad usum juventutis scholasticae, & humanitatis, qua pueritia impertiri debet,*

Digitized by Google

fundamenta monſtravit in libro, quem Ludum literarum Chemnicenſem *vocat, cui ſimul praecepta morum et vitae Iſocratis ad Demonicum ſubjecit.* c.) *His praeceptis & fundamentis linguarum & ſcientiarum adjungimus merito librum Adami ſatis notum, quem de* Educatione Diſciplinae puerilis ſcholaſticae *conſcripſit, in quo primum Symmicta pueris admodum neceſſaria, Aphoriſmos, & Leges ſcholaſticas collegit, & rerum, linguarum, morumque ſcientiam juvenibus inſtillavit, ut ſcholae & vitae diſcerent diſcipuli.* d.)

a.) Gemmam Gemmarum, ſ. Epitomen Nomenclatoris Junii omnes fere enumerant ſupra citati Auctores. Hunc vero librum An. 1570. per Jo. Rhambam Lipſiae in 8. impreſſum conſecravit filiis, nepotibus, & diſcipulis ſuis, quemadmodum Epiſtola dedicatoria in illuſtri ludo Grimae Idibus Maji data, demonſtrat, quae inſtituti huius laudabilis rationes exponit, ideoque digna eſt, quae apponatur: Edidit non multis abhinc annis Hadrianus Junius, Medicus, Nomenclatorem, omnium rerum propria nomina indicantem, quem quidem aut perfectum eſſe, aut non abeſſe procul a perfectione, eruditi judicant, ut cornici oculum, quod dicitur, qui poſt Junium, huic parti ſtudiorum manum admovere velit. Eum cum in ſcholas noſtras in-

„introducere, & proponere vobis, haberemus in „animo; animadvertimus, quo minus commode id fieret, geminam nobis difficultatem obji„ci: unam libri ipsius prolixitate, quae est va„riarum linguarum explicationis; alteram ra„ritate exemplarium. Quare e medio ut utrum„que amoliremur, putavimus, non male nos „studiis vestris consulturos, si epitomen Junia„ni operis exprimendam curaremus: ex qua, „sine ulla, de fama, & existimatione autoris, de„tractione, vocabula rerum propria disceretis, „& ad ipsum Junium paulo post evolvendum „magis idonei accommodique redderemini. „Hanc Epitomen s. Gemmam Gemmarum (sic „enim placuit nobis hanc editionem inscribere) „commendo vobis, & ut post prima elementa do„ctrinae Christianae, & nominum verborumque „inflexiones, nocturna eam, diurnaque manu, „versetis, hortor, crebro illud cogitationi ve„strae subjicientes ipsi, in proprietate non esse „tenuem gloriam, & commoditatem orationis. „Id quod liberaliter educati homines docti, o„mnes fatentur, & vos, si literarum, quod vobis „propositum est, curriculum elaboraveritis, re „ipsa experiemini. Bene valete, & de volun„tate Dei in Christo JEsu per Spiritum Sanctum „studia vestra, vitamque, gubernate. Ex illu„stri ludo Grima. Idibus Maii MDLXX. Ex„stat pariter haec Gemma Gemmarum ap. Jo. Rhambam Lipsiae impressa 1578. in 8. cum Neaniscis Jo. Sturmii, Idea Studiorum Rodolphi

Agricolae, & Paraeneſi Jambica de officiis puerilibus, cui eadem Epiſtola ſupra citata ad filios, nepotes, & diſcipulos, praemiſſa eſt. Titulo libri inſcripſit ſequentes verſus:

Junius, ut proprio rem quamvis nomine dicas,
Eximiae dedit hoc utilitatis opus.
Barbara proripiant ranae ſe turba Seriphon,
Nos miratores Daulius ales habet.
Utere felici, dum tempus, forte juventus;
Quis ſcit, an ulla ferat commoda tanta dies?

Notari vult Auctor in hac editione, quod Latina vocabula, ſtellulam praefixam habentia, ex aliis bonis Auctoribus ad Juniana adjecta ſint: Germanica vero ad Dialecticae noſtrae rationem & conſuetudinem ſint mutata. An. 1583. Islebii quoque edita eſt. Extat & editio Anno 1585. & Lipſiae Anno 1588. quam vidi in Catalogo quodam Dresdenſi. Islebii quoque edita An. 1595. quae locupletata dicitur, in quam & Mart. Hayneccius carmen fecit. Et alia Lipſiae An. 1601. Novam & multo accuratiorem hujus libri, Gemmae Gemmarum, editionem in lucem proferendam curavit Adami filius, Adamus Theodorus, VVittebergae Anno 1683. impenſis Pauli Helvvichii Bibliopol. in 8. adjunctis partim veteribus margaritis Dialogorum puerilium Ad. Siberi, & Neaniſcorum atque Chryſogonorum Jo. Sturmii, partim recentibus Unionibus Dictorum, Apophthegmatum & Narratio-

tionum M. Tullii Ciceronis. Sic dimidia parte major meliorque factus hic liber, quippe integris Capitibus, & millenis aliquot locis auctior, limatior, distinctior, ornatior, duobus voluminibus distributus, prodiit cum privilegio Electoris. Retinuit etiam filius in hac editione Patris Adami παραίνεσιν Jambicam de officiis puerorum, & adjunxit ejusdem Querelam s. Crucem scholasticam, quae jam olim Carmine Heroico conscripta & sparsim edita est, & sedulis doctrinae morumque doctoribus, in devorandis pulveris scholastici molestiis, solatio esse potest, de qua jam supra dictum. Diu post primam Patris editionem, tribus nempe triginta annis, suscepit filius hunc laborem, & Illustrissimo Principi Augusto, Duci Saxoniae, Electoris filio, Nepoti & Fratri, inscripsit. Audiamus ipsa verba Ad. Theodori in hac Dedicatione XVI. Cal. Junii 1603. scripta: Ego vero, cui liber iste vel tanquam „mancipii nexu traditus, vel etiam haereditatis „jure relictus esset, ita mihi manes paternos con„cessuros esse arbitratus sum, si illi ipsi libro ma„nus criticas admoverem, & adjumenti & or„namenti aliquid, qua Latine, qua Graece, pos„sem, offerrem. Nec infeliciter, ut spero, suc„cessit. Itaque his proximis mensibus opus se„rio aggressus, quae vel ante in adversariis no„taveram, vel inter legendum, ut fit, commemi„neram, ea suis locis inserui, facturus id locuple„tiore opera, si temporum angustiae concessis„sent. Quanquam si quis primum saltem, aut

Digitized by Google

„ſecundum Caput, alterutrius partis per legere, & cum ſuperiori editione conferre voluerit, is „facile animadvertet, quanto haec noſtra ube„rior ſit & luculentior. Inprimis id operam „dare volui, ut & plura epitheta, & ipſos inter„dum dicendi modos, qua viſum eſſet, inſere„rem, atque ita in ſingulis fere Capitibus exem„plo praeirem utriusque linguae ſatagentibus „magiſtris ac diſcipulis, quod ſequerentur, & ut „ne de locis analyticis, neſcio quibus, anxie am„plius laborarent. In Dialogis porro Sturmia„ris & Chryſogonis praeſertim ita verſati ſumus, „ut elegantiſſimum illum libellum quam emen„datiſſimum ederemus. Itaque nomina collo„cutorum partim omiſſa, partim transpoſita, & „perturbata in locum ſuum, atque integrum re„ſtituimus, neque non cetera, quae non magis „ab interpunctionibus, quam a rebus & verbis i„pſis male habebant, quoad ejus fieri potuit, ſa„navimus. Reprehendit vero quorundam inſa„nientem ſtultitiam, qui ideo negant: hunc librum commode proponi poſſe, quod quaedam in eo ſint, quae captum puerorum ſuperent, in Epiſtola ad Chriſtianum Podenſteinium, quae legitur Vol. I. Διαλεξ. Acad. p. 303. Gemma meus ſecundo editus eſt, idque ſecundioribus au„ſpiciis: quae res bono eſſe poterat ſcholis, ſua ſi bona noſſent. In quo ridiculum eſt quo„rundam hebes acumen, & ut Horatius ait, in„ſaniens ſapientia, qui ideo negant eum librum „commode proponi poſſe, quod quaedam in eo

ſint

„sint, quae captum puerorum superent, aut ne„cesse sit, omnia, quae puer discit, continuo et„iam exacte capere atque intelligere. Quod si„ita est, jam nemo τὸ ἄλφα καὶ Βῆτα discat, „quia quid rerum prima ista elementa sint, ne„mo puer intelligit. Sed nimirum metuunt il„li boni paedagogi, si pueritia auspicatius, quam „ipsi didicerunt, instituatur, ne audire cogantur „illud: Multi discipuli doctiores sunt Magistris. „Itaque coeci coecorum duces sunt. Quis e„nim illorum Chrysogonos, quis Uniones ita „capit, ut & pueros ad hanc, id est, optimam „scribendi formam, erudiat, & se ad eandem e„ruditum esse ostendere queat? Atqui hoc u„num & unicum est, quod in scholis illis traden„dum & discendum est, ut germanae Latinita„tis rudimenta, una cum principiis Christianita„tis, imbibant, & primordiis artium, quas vo„cant, dicendi. In quibus quidem ipsis lingua „Latina & Graeca, sed inprimis ista ita primum „locum obtinet, ut fundamentum sit omnis re„liquae eruditionis, suo tempore superstruendae. „Verum quid ago: dum de meo libello signifi„co, de ejus usu, sive potius iuusu, longius abii, „quam cogitaram, Vale! Hanc accuratam Gem-mae Gemmarum editionem nonnullae aliae se-cutae sunt, sed deformatae admodum & depra-vatae. Prodiit enim An. 1605. V. Vitemberg. & Anno 1606. & adjunctis dialogis Puerilibus, & legibus scholasticis, & Calendario, Lipsiae, cum Privilegio Caesareo, & Elector. Saxonic. quae si-

ne

ne dubio illa multis, iisque foediſſimis, ac craſſiſſimis, mendis ac mendaciis deformata eſt editio, de qua in epiſtola ad Jo. Schellenbergium, Cognatum ſuum, queritur Ad. Theodorus Siberus, quae legitur Vol. I. Or. & Pr. Acad. p. 298. En »mitto ad te tandem Gemmam meum, & ita »mitto, non ut doceat, quod tu aeque mecum »ſcis, ſed ut intelligant alii, quid ipſos docere poſ»ſit. Quum enim haec opera bono ſcholarum »puerilium inſtituta ſit, nequaquam tamen be»ne adhuc cum ea, atque ut decuit, actum fuit. »Quis enim ludi magiſtrorum non maluit prio»rem illam editionem, quo commodo, quoque »incommodo, pueritiae ingerere, quam ad hanc »recentem manus ac mentem adhibere? Neque »hoc eo dico, quod ipſam per ſe parum probam »eſſe dicam, ſed quod eam toties iteratis editio»nibus mendoſiſſime ac flagitioſiſſime acceptam »eſſe ſcio. Vel ipſa, quae his menſibus VVite»bergae hic prodiit, cum tamen Lipſiae nomen »praeſcriptum habeat, quam multis iisque foe»diſſimis mendis ac mendaciis deformata ac de»foedata eſt? Ex quo neceſſe eſt & diſcipulos, »& doctores, quorum eruditio ſaepe ea eſt, ut »ipſi quoque docendi adhuc ſint, mendis atque »erroribus cumulari. At noſter vero Gemma »non ſolum decenter, & quoad humanitus po»tuit, ac per occupationes licuit, quam emenda»tiſſime, tractatus eſt, verum etiam iis opibus »Latinis atque Graecis locupletatus eſt, quas ne»mo facile intelligat, niſi, qui ipſe utramque lin-

guam.

"guam. Videlicet non temere ac promiscue "quaelibet e trivio hinc inde arripuimus, inva- "simus, congessimus, multoque minus sua aliis "sublegimus, sed ex iis autoribus omnia conqui- "sivimus, depromsimus, ac selegimus, qui prae- "stantissimi atque lectissimi jure merito censen- "tur. Non hic invenias peregrina, barbara, so- "loeca, poetica, inepta, absurda, falsa, cujusmo- "di magnam sylvam codices continent, & inpri- "mis *Caudex ille decumanus*, qui tamen o- "mnes fere Germaniae scholas, maximo melio- "rum literarum damno, occupavit.

Continetur in hac editione Elogium hujus libri, a Jacobo Furmanno scriptum:

Quodlibet proprio vocare verbo
Ut possis, docet Hadrianus ille
Junius, docet hoc idem Siberus.
Verum hic praecipue rudi juventae,
Contracta brevitate, commodare
Vult, doctis etiam sed ille prodest:
Atque sic studiis uterque honestis
Meretur bene: gratia ergo jure
Non debetur utrique nulla, at aetas
In primis tenera, hic cui libellus
Datur, gratum habeat sibi, legatque
Hunc crebro, relegatque diligenter,
Ediscatque memor manuque volvat
Nocturna simul, & manu diurna,
Et rem nomine nominare quamvis
Assvescat Latioque Graioque;
Hoc si fecerit, haud sibi suisque

Con-

Digitized by Google

Conſulet ſtudiis male, indiesque
Recta, progrediendi ad altiora,
Et parvis ſpatiis, viam parabit.

Sequitur alia editio hujus libri VVitrebergae per Paul. Helvvichium An. 1610. 8. impreſſa, cum Caeſaris & Electoris Saxoniae Privilegio, quem vocat Theod. Adamus Gemmam Gemmarum ſ. Nomenclatoris Junii Epitomen non Epitomen, & adjunxit Librum ſingularem de ſignificatione verborum, ad Jus pertinentium, qui liber in priori editione ſupra citata non adeo plenus & perfectus habetur, ſed in hac ſecundum Titulos inſtitutionis Juris digeſtus plenior apparet. Nuncupata dicataque pariter haec editio eſt Principi illuſtriſſ. Auguſto Duci Saxon. Electoris filio, Nepoti, & Fratri, ſed ſine praefatione, quae plane omiſſa eſt. In hac editione utraque pars prior & poſterior multis capitibus aucta eſt, ita, ut & numero capitum priorem, quae An. 1603. prolata eſt, ſuperet.

b.) Duae priores partes Margaritae ſcholaſticae ab ipſo Auctore Ad. Sibero editae ſunt, & quidem primum ſub nomine: Libellus ſcholaſticus educationi puerili confectus, quo continentur Inſtitutio hominis Chriſtiani, Nomenclator, Rudimenta Grammatices, Dialectices & alia An. 1572. in 8. ut Lipenius in Bibliotheca p. 116. commemorat. Facit etiam mentionem hujus libri Clariſſ. Dn. VVagenerus in ſerie Collegar. Freib. Gymnaſ. p. 6. Tum etiam Lipſiae Anno 1580. eſt prior pars impreſſa per Georgium

gium Defnerum, altera Lipsiae per eundem An. 1581. quae eadem continet. In prima parte ipse Auctor praefationis loco Carmen ad Magistros & gubernatores studiorum puerilium confecit, quod ab initio legitur. Philippus Melanchthon adhortatur Carmine Elegiaco Pueros, ut ingenuas artes discant, quibus facilius ingredi possent viam, quae ad Christum ducit. H. Eobanus Hessus prima haec elementa omnibus pueris commendat Elegiaco pariter versu, qui ab initio legitur:

Icarus, & Phaethon pereunt, dum summa, relictis
Affectant, imis, hic fluvio, ille mari.
Illorum exemplo ne sis incautus: ab imis
Qua bene summa petas, noveris esse viam;
Quare age, qui celsam studiorum tendis in arcem,
Nunquam displiceant haec elementa tibi.

In altera parte Margaritae legitur Jac. Micilli, Arg. commendatio Grammaticae, itemque adhortatio Adami ad pueros studiosos:

Discite, dum praesens sinit hora Palaemonis artem,
Musarum pueri, quos sacer urit amor.
Aurea Palladii haec referat delubra theatri
Ire per autorum monstrat & omne genus,
Ut prodesse aliis liceat scribendo, docendo,
Et laudum Christi concelebrando decus.
Hujus ut exigua primordia parva tabella

Prae-

Proponi rudibus percipienda queant,
Fontibus ex ipſis domus haec deducta futura
Aſtricta ſtudiis commoditate bono.
Nam certum eſt, artes non multis poſſe doceri,
Multa exemplorum ſuppeditante manu.
Diſcite, quod moneo, Pueri ergo Palaemonis artem
Diſcite; non ſemper tempora meſſis erunt.

Poſteriores duae partes, Tertia nempe, & Quarta, Margaritae, poſt mortem Adami & quidem opera M. Jacobi Furmanni, Libenverdenſis, ſucceſſoris Siberi, Anno 1588. editae ſunt Lipſiae cum Privilegio, ut in praefatione ejus ad ſcholarum, Provincialis Grimenſis & VVitembergenſis Urbicae, alumnos ac diſcipulos ſcripta, teſtatur; quod in uſum ludi illuſtris ad Muldam quatuor partes Margaritae ſcholaſticae concinnaverit Auctor, & quod priores duae annis abhinc octo typis excuſae ſint reliquarum poſteriorum editionum tum alia impedierint, tum Autoris mors intervenerit. De inſtituto priorum partium ſic pergit Furmannus citato loco: Iis "libellis continetur prima puerorum inſtitutio, "& artium earum, quae de ſermone agunt, in- "itiorum traditio, ac via ad eruditionem perve- "niendi compendiaria, monſtratur. Docetur "enim, a quibus principiis incipiendum, per quae "deinceps ſpatia ad alia altiora progrediendum "ſit. Quae quidem omnia adeo facili Minerva "traduntur, ut quid tradi poſſit ſimplicius, quid bre-

"brevius, quid aetati puerorum aptius, vix repe-
"riatur. Intellexit scilicet juventutis informan-
"dae praeclarus ille artifex ac magister, & longa
"experientia, usuque rerum plurimo edoctus co-
"gnovit, qua ratione puer recte tractandus esset.
"Ad Margaritas vero has postremas quod attinet
"ut in prioribus Grammatices, ita in his Rhetori-
"ces & Dialectices, rudimenta comprehendun-
"tur, & alia quaedam, quae ad harum artium ex-
"ercitia spectant, & pueris utiliter proponi pos-
"sunt. In iis, de praecepto Horatii, brevitati,
"perspicuae tamen illi, studuit, & ad captum
"mensuramque discentium ita se accommoda-
"vit ac demisit autor, ut vel proprio marte, ac
"diligentia privata, a mediocri ingenio praeditis
"cognosci possint. Desumta autem ea praece-
"pta potissimum sunt ex ipsius Philippi Me-
"lanchthonis, Viri de scholis, & re literaria, opti-
"me meriti, libellis. Quae quidem vos, qui a-
"lumni estis Illustriss. Principis Elector. in scho-
"la Grimensi, non solum vivo, sed mortuo etiam
"Sibero, in manibus habuistis, memoriaeque
"mandavistis. Neque enim ego, qui ipsi in of-
"ficii munere successi, quicquam mutavi, sed
"charissimi Praeceptoris, soceri, Collegae, & an-
"tecessoris, mei ordinem ac disciplinam, per ma-
"nus quasi mihi traditam, prorsus conservavi,
"qua meliorem praescribi posse non arbitror.
"Cum autem in iis praeceptis scribendis nonnihil
"vobis temporis impendendum fuerit, studiis ve-
"stris putavi consultum iri, si typis subjici cura-

„rem. Atque hoc ut facerem, ipse me non ita „diu ante mortem adhortatus est Siberus: quod „jam diu etiam factum esset, nisi voluntati meae „remora quaedam obstitisset. Ad vos vero pri„mum, praesertim, cum Siberi institutio dein„ceps etiam in provinciali ludo retineatur, has „Margaritas mittere, vestroque nomini inseri„bere constitui, tum ut labore, quem hactenus „sustinuistis, scribendi supersederetis, tum, ut „autoritatem Doctoris vestri, etiam defuncti, an„tiquissimam haberetis, ac memoriam illius per„petuo coleretis propter beneficia, quae scholae „illi praestitit. Sed & cum de Dei, ut ego omni„no existimo, voluntate ac consilio ad scholae „Vitembergensis gubernationem amplissimi se„natus literis vocatus sim, cui jam menses duos „praefui, vobiscum quoque, qui discipuli estis „hujus ludi, eosdem libellos communicare, & „Siberi studiorum participes vos facere volui, il„lud mihi de utrisque pollicens, fore, ut illius „operam gratam habituri sitis. Neque tamen „obsto, quo minus aliae scholae iis utantur: imo „rogo eos, quibus commissa est in ludis literariis „docendi provincia, ut libellos eos legendo per„currant, & si e discipulorum suorum re existi„ment, iis nobiscum fruantur.

c.) Ludus literarum ap. Chemnitium Misniae qua ratione administretur, excusus est primo Argentorati 1549. & postea, si Clarmundo P. VII. fides adhibenda est, apud Jo. Rhambam Lipsiae 1574. in 8. Adjunxit huic libro denuo praecepta

ptamorum ac vitae Isocratis ad Demonicum, cum interpretatione Andreae Seidelii. In prima pagina ad Lectorem sequentem versum de miseria scholastica appositit:

Cum misera vita vis duros mille labores
Una comprensos dicere voce? SCHOLA.

Chemnitii, in urbe celebri, & feraci optimorum ingeniorum atque doctissimorum virorum, Rectoris provinciam in schola antea administraverat Siberus, in cujus rei memoriam hunc librum confecit, & auctoritate sua magnam eidem laudem & dignitatem conciliavit, quemadmodum in Nuptialium Carminum Collectione testatus Christophorus Schellenbergius p. 15.

quo Cive superbit
Fundatum a magno Caesare Chemnitium.
Urbs doctis populosa Viris, quid cetera namque
Ingeniis referam nomina clara suis,
Fabricii vates faciunt, vatesque SIBERI,
Clarus ut istius sit magis urbis honor.

Ipse Adamus hanc Libro appositit praefationem: „Recte facit sapienterque prudentissimus „Senatus noster, qui & constituit primum in hac „Republ. Scholam studiorum puerilium, & nihil „prius nunc aut antiquius sibi, illius conserva„tione, ducit. Etenim cum quasi officinae „quaedam sint Scholae, in quibus artium & do„ctrinae cultura, cum ad ecclesiasticas, tum civi„les, functiones prima aetas formetur: prae„clare nimirum intelligit, Ecclesiae pariter ac

„reipublicae felicitatem puerili disciplina ludo-
„que literarum contineri. Cujus mandata no-
„bis cum sit hoc tempore curatio publicis literis,
„quo nota sit ea omnibus, administrationis no-
„strae, quam sequimur, formam rationemque
„perscribemus. Tu quisquis es, haec boni con-
„sule, ac studiis laboribusque, & nostris, & pue-
„ritiae, bene precare. Vale. Omnia repete-
re, quae in hoc libro elegantiora & utiliora con-
tinentur, nimis prolixum esset, praesertim ea,
quae de ordinibus s. classibus habet, de docen-
di ratione, de horis, quibus praelegendum, de
repetitionibus publicis, ordinumque progressio-
nibus, de stili exercitio, & emendatione scripto-
rum, item de sacrorum ordine & cura, cum jam
supra factum sit.

d.) Educationis Disciplinae scholasticae Lotichius & Freherus c. l. aliique mentionem faciunt, neque tamen Simlerus. VVagenerus, & Clarmundus, omittunt hunc librum, sed priorem tantum libri titulum adducunt: Leges scholasticae, Anno 1549. edit. Celeberrimus Dn. Vinholdus, scholae, quae Cygneae floret, Rector meritissimus, tres editiones harum Legum scholasticarum pro sua, qua pollet, humanitate, mecum communicavit, Anno 1555. in 8. Francofurti primam impressam, cum Nicolai Borbonii Carmine de moribus: tum Lipsiae 1565. cum Basilii Fabri disciplina scholastica, & tandem 1570. ibid. 8. Has secuta est tandem editio Lipsiae apud Georgium Defnerum Anno

1581

1581. impressa, quam Adamus noster denuo edendam procuravit, & quidem Symmicta ad disciplinam scholasticam pertinentia praemisit notatu digna, quae XXXII. Capitibus absolvit. Sequuntur Aphorismi de Praeceptorum officiis, quemadmodum Elegiaco versu praemisso indicat:

Quae Praeceptorum sint munia, scire cupiscis?
Haec lege: vel da tu, quae meliora, foras.

Complexus enim est praeter officia communia Praeceptorum Rectoris, & Hypodidascalorum, officium ratione pietatis, disciplinae, methodi docendi, lectionum, stili emendationis, repetitionis, & Examinis. Tandem annexae leguntur leges scholasticae in Prosa, & de officiis Alumnorum παραίνεσις Jambica, adjecto versu:

Legibus & regitur tellus, & pontus, & aether,
Quid vetat astrictas legibus esse scholas?

Hae leges scholasticae & παραίνεσις leguntur etiam in Gemma Gemmarum An. 1606. edit. ut supra dixi, versibus Jambicis expressae. Elegantem adhortationem his Legibus praemisit versu Elegiaco ad Alumnos, quae digna est, ut apponatur:

Hanc quicunque scholam, seu civis in urbe frequentas,
Adveniens hospes sive aliunde puer.
Exornet custos sac sancta professio mores,
Artibus & bona sit consona vita bonis.

Nec quas immerito noſtri fera temporis aetas
Contemtas nullo prorſus honore colit,
Invidia majore oneres, pia numina, Muſas,
Ordinis exiſtens dedecus ipſe tui.
Perlege ſubſcriptas, quas conſpicis ordine, leges,
Queis vitam inſtituas erudiasque tuam.
Nam quisquis pulcrae laudis ſuecenſus amore,
Proluere Aoniis fontibus ora cupit,
Ornare is pectus virtutum divite cultu,
Exemplum pueri debet & eſſe boni.

XXII. In ſtudio vero Poëtico maxime labor & induſtria Adami Noſtri verſatus eſt, ut pote in quo ipſa natura valuit, & mentis viribus excitatus, & quaſi divino quodam Spiritu inflammatus per omnes fere dies feliciter progreſſus eſt. Praeterquam enim, quod ob lenem & facilem venam Poëticam praeſtantiſſimorum illorum temporum poëtarum encomiis ornatus legitur, dulciſſimis etiam & ornatiſſimis ſuis Carminibus adeo ſe Lectoribus & Auditoribus commendavit, ut communi omnium ſententia & voluntate Ovidius alter ab iis vocaretur. Qua ingenii felicitate praeditus diſcipulos, fidei ſuae commiſſos, ad parem diligentiam in hoc ſtudio exhibendam invitavit, qui exempla Do-

Do-

doris & Magiſtri ſui commoti non minus veterum, eorumque praeſtantiſſimorum, Poëtarum Carmina ſedulo legebant, quam imitatione exprimere laborabant. Teſtes produco varios libros, multis Carminibus refertos, quibus ingenium ſuum Poëticum declaravit, ſuisque & admirationem, & delectationem, reliquit. Verſantur in manibus eruditorum duae partes Poematum ſacrorum, *in quarum prima parte continentur Libri quinque* Proſeuchon *ſ. precum Patrum Sanctorum, & Regum piorum in Scriptura ſ. ad Deum factarum: item* Libri duo Euchariſtion, *ſ. laudum Prophetarum & patrum, quas Deo cecinerunt: ſequitur* unus liber Epinicion, *in quo victricia Carmina in Scriptura S. prolata commemoravit, &* Cantici Canticorum *Solomonis, ſ. Epithalamii ſacri, liber unus, qui & ſeparatim editus eſt, tum* Threnorum Jeremiae *vatis liber unus. Sequuntur duo libri* Hieroſtichon, *in quibus diverſa pia Carmina, prout ſcripturae S. lectio ſuppeditavit, cecinit, deinde* Aeoloſtichon *libri duo quibus ſecula impia & ſcelerata deſcripſit. Apparent etiam in his tres priores* libri Epigrammatum *variorum, & Liber unus* Tumulorum, *beatis mani-*

Digitized by Google

bus consecratorum. a.) *In altera Poëmatum sacrorum parte* Psalterii, s. *Carminum Davidicorum*, Libri V. *leguntur, genere Elegiaco confectorum, quibus addidit* Catecheseos s pietatis puerilis *Libros duos, item* Bellariorum *coelestium, s. de Consolatione Christiana, Librum unum, & tandem* Idyllia sacra. b.) *Post haec* Sionion, *seu Historiae sacrae libros octo, versibus Jambicis senariis expressit, quibus totam Historiam Scripturae S. a primordiis omnium rerum ita complexus est, ut nihil quicquam, quod vel in Veteri vel Novo foedere notatu dignum, omiserit, sed, ordine observato, exposuerit. Dedicavit hos libros Illustrissimi Principis & Elect. Saxon. Augusti filio,* Christiano, *& Carmine Heroico, in fine appositio, Joanni Naevio, Electoris Medico clarissimo, commendavit, ut Illustrissimo Augusto Patri, & Filio, Sionia traderet.* c.) *In lucem etiam prodierunt Adami Siberi & Amicorum* Lacrymae, & Tumuli *recentes, versibus expressi, in primis in obitum Collegae & Generi sui, Christophori Schellenbergii, Annaebergensis, & quorundam liberorum suorum, quibus adjuncti sunt ejusdem, & amicorum, Scolia*

lia in nuptiis M. Balthaſſari Trautneri, & filiae ſuae Suſannae, itemque vota nuptiis M. Jacobi Furmanni, Libenverdenſis, & Blandinae Siberae, a noſtro & Amicis dicata. d.) *Nec omittendae ſunt Siberi* Gratulationes *Nuptiis Illuſtriſſ. D. Chriſtiani, Ducis Saxoniae, & Sophiae, Brandenburgicae Marchioniſſae, factae, Dresdae apud Guielm. Bergen, Lubecenſem, Anno 1582. impreſſae: item* Epithalamia *Balthaſar. Pleſio ſcripta, Lipſiae 1580. 8.* & Epitaphium Georgii Fabricii, *Chemnicenſis, Lipſiae 1572. 4.* e.) *Quibus multis variisque Poëmatibus Adami adjungo tandem ea Poëmata, quae ab aliis quidem confecta poëtis, cura tamen ejus & induſtria in lucem prodierunt. Huc pertinent* duo volumina Poematum Jo. Stigelii, *Gothani, quae ex ejus recenſione in aſpectum prolata ſunt, cum dedicatione, Carmine Heroico elaborata, inſcripta Illuſtriſſ. Princip. ac Dominorum D. Auguſti Electoris, D. Jo. Guilielmi, D. Jo. Friderici II. fil. fil. D. Chriſtiano, Friderico Guilielmo, Jo. Caſimiro, Jo. Erneſto &c.* f.)

a.) De felicitate venae Poeticae Adami noſtri teſtes habeo varios, eosque ſatis probatos, quos omnes in encomiis, ei datis, infra adducam. Leguntur etiam monimenta ſepulchralia paſſim in templis auctore Sibero noſtro verſibus ſcripta, quae de felicitate hujus Poetae teſtantur, inter quae ſuccurrit mihi id, quod in effigiem, lapidi inciſam, *Julianae, Ulrici Groſſii*, Oeconomi ſcholae noſtrae ProvincialisConjugis factum, in templo ſcholae noſtrae contiguo prope altare conſpicitur, quae *uno partu*, quod memorabile, *undecim liberos dedit*, & poſt partum mortua eſt: Huic enim Noſter A. S. Verſus Jambicos inſcripſit, quos ſimul cum imagine Groſſiae ſequens pagina exhibet:

orant,
Thea-
3. Frei-
penius
omnia
libros
natum
s con-
e sunt.
pparet
Basil,
offum,
undus
1552.
potui.
ae Illu-
ris me
oema-
1555.
Thre-
Prodiit
Basil,
Martio,
Amici
a qua
im alia
Accu-
,1565.
quam
ributa,
e hujus
editi-

Digitized by Google

a.) De felicitate venae Poeticae Adami noſtri teſtes habeo varios, eosque ſatis probatos, quos omnes in encomiis, ei datis, infra adducam. Leguntur etiam monimenta ſepulchralia paſſim in templis auctore Sibero noſtro verſibus ſcripta, quae de felicitate hujus Poetae teſtantur, inter quae ſuccurrit mihi id, quod in effigiem, lapidi inciſam, *Julianae, Ulrici Groſſii,* Oeconomi ſcholae noſtrae Provincialis Conjugis factum, in templo ſcholae noſtrae contiguo prope altare conſpicitur, quae *uno partu*, quod memorabile, *undecim liberos dedit,* & poſt partum mortua eſt: Huic enim Noſter A. S. Verſus Jambicos inſcripſit, quos ſimul cum imagine Groſſiae ſequens pagina exhibet:

Foecunda partu liberos uno de
perfuncta munere officii corpus S
Posuit: Dei mens lota Filii Sangv
Perennibus perfusa fruitur gaudi

IULIANA. ULRICHS. GROSSEN. VERW

INRI



S. FRAU. IST. IN. GOTT. ENTSCHLAFEN d. 17. Aug. An. 1581. ihre Salters 42 Gut. gen.

Digitized by Google

a.) De felicitate venae Poeticae Adami noſtri teſtes habeo varios, eosque ſatis probatos, quos omnes in encomiis, ei datis, infra adducam. Leguntur etiam monimenta ſepulchralia paſſim in templis auctore Sibero noſtro verſibus ſcripta, quae de felicitate hujus Poetae teſtantur, inter quae ſuccurrit mihi id, quod in effigiem, lapidi inciſam, *Julianae, Ulrici Groſſii,* Oeconomi ſcholae noſtrae Provincialis Conjugis factum, in templo ſcholae noſtrae contiguo prope altare conſpicitur, quae *uno partu,* quod memorabile, *undecim liberos dedit,* & poſt partum mortua eſt: Huic enim Noſter A. S. Verſus Jambicos inſcripſit, quos ſimul cum imagine Groſſiae ſequens pagina exhibet:

Foecunda partu liberos uno de
perfuncta munere officii corpus S
Posuit: Dei mens lota Filii Sangv
Perennibus perfusa fruitur gaudi

IULIANA. ULRICHS. GROSSEN. VERW



S. FRAU. IST. IN. GOTT. ENT. SCHLAFEN. d. 17. Aug. An. 1581. Ihres Alters 42 Gottgeh.

a.) De felicitate venae Poeticae Adami noſtri teſtes habeo varios, eosque ſatis probatos, quos omnes in encomiis, ei datis, infra adducam. Leguntur etiam monimenta ſepulchralia paſſim in templis auctore Sibero noſtro verſibus ſcripta, quae de felicitate hujus Poetae teſtantur, inter quae ſuccurrit mihi id, quod in effigiem, lapidi inciſam, *Julianae, Ulrici Groſſii,* Oeconomi ſcholae noſtrae Provincialis Conjugis factum, in templo ſcholae noſtrae contiguo prope altare conſpicitur, quae *uno partu,* quod memorabile, *undecim liberos dedit,* & poſt partum mortua eſt: Huic enim Noſter A. S. Verſus Jambicos inſcripſit, quos ſimul cum imagine Groſſiae ſequens pagina exhibet:

Foecunda partu liberos uno de
perfuncta munere officii corpus S
Posuit: Dei mens lota Filii Sangu
Perennibus perfusa fruitur gaud

JULIANA. ULRICHS. GROSSEN. VERW



FRAU IST IN GOTTEN TSCHLAFEN

a.) De felicitate venae Poeticae Adami noſtri teſtes habeo varios, eosque ſatis probatos, quos omnes in encomiis, ei datis, infra adducam. Leguntur etiam monimenta ſepulchralia paſſim in templis auctore Sibero noſtro verſibus ſcripta, quae de felicitate hujus Poetae teſtantur, inter quae ſuccurrit mihi id, quod in effigiem, lapidi inciſam, *Julianae, Ulrici Groſſii,* Oeconomi ſcholae noſtrae Provincialis Conjugis factum, in templo ſcholae noſtrae contiguo prope altare conſpicitur, quae *uno partu,* quod memorabile, *undecim liberos dedit,* & poſt partum mortua eſt: Huic enim Noſter A. S. Verſus Jambicos inſcripſit, quos ſimul cum imagine Groſſiae ſequens pagina exhibet:

Poema-

Digitized by Google

Poemata sacra omnes fere commemorant, Lotichius in Bibl. Poet. c. l. Freherus in Theatro p. 1477. VVagenerus in serie Colleg. Freiberg. Lexicon eruditor: p. 2102. Lipenius vero in Biblioth. Phis. pag. 189. non omnia commemorat, sed tantum Carmina in libros aliquot Biblicos, Variae sunt horum Poematum editiones, neque semper duabus partibus conjunctim, sed quandoque separatim, editae sunt. In Catalogo Bibliothecae Jacobaeae apparet editio Poematum Siberi Anno. 1540. Basil. edita, quae si extat, quod affirmare non possum, quia non vidi, antiquissima esset. Clarmundus P. VII. Vitar. editionem Carmin. An. 1552. producit, quam tamen investigare non potui. Celeberrimus Dn. M. Schreberus, Scholae Illustris Portensis Rector meritissimus, literis me certiorem fecit: se possidere editionem Poematum Siberi ex officina Val. Papae Lips. 1555. impressam, cum Cantico Canticorum, Threnis Jerem. & Epigrammatibus. Prodiit etiam prior, Poematum sacrorum pars Basil. per Jo. Oporinum 1556. in 8. mense Martio, ut ex literis Celeberrimi Dn. M. Vinholdi, Amici & Fautoris mei honorandi, accepi, in qua editione Libri duo Hieroslichon, & quaedam alia non apparent, quae postea addita sunt. Accuratior vero & plenior est editio, quae an. 1565. Basileae per Jo. Oporinum impressa est, quam possideo, ex eaque, in duas partes distributa, ordinem Carminum enumeravi. In fine hujus

editi-

Poemata sacra omnes fere commemorant, Lotichius in Bibl. Poet. c. l. Freherus in Theatro p. 1477. VVagenerus in serie Colleg. Freiberg. Lexicon eruditor: p. 2102. Lipenius vero in Biblioth. Phil. pag. 189. non omnia commemorat, sed tantum Carmina in libros aliquot Biblicos, Variae sunt horum Poematum editiones, neque semper duabus partibus conjunctim, sed quandoque separatim, editae sunt. In Catalogo Bibliothecae Jacobaeae apparet editio Poematum Siberi Anno. 1540. Basil. edita, quae si extat, quod affirmare non possum, quia non vidi, antiquissima esset. Clarmundus P. VII. Vitar. editionem Carmin. An. 1552. producit, quam tamen investigare non potui. Celeberrimus Dn. M. Schreberus, Scholae Illustris Portensis Rector meritissimus, literis me certiorem fecit: se possidere editionem Poematum Siberi ex officina Val. Papae Lips. 1555. impressam, cum Cantico Canticorum, Threnis Jerem. & Epigrammatibus. Prodiit etiam prior, Poematum sacrorum pars Basil. per Jo. Oporinum 1556. in 8. mense Martio, ut ex literis Celeberrimi Dn. M. Vinholdi, Amici & Fautoris mei honorandi, accepi, in qua editione Libri duo Hierostichon, & quaedam alia non apparent, quae postea addita sunt. Accuratior vero & plenior est editio, quae an. 1565. Basileae per Jo. Oporinum impressa est, quam possideo, ex eaque, in duas partes distributa, ordinem Carminum enumeravi. In fine hujus editi-

Digitized by Google

editionis haec leguntur ab Auctore addita: Absolura & congesta Kal. April. 1565. Aetat. Autoris 49. Prior pars congruit cum edit. Anno 1556. posterior Carmina Davidis complectitur. Ad Lectorem sequentia scripta sunt:

Qui legisse cupis Musae monimenta Siberi,
Hoc eme, quod veteri praetulit autor opus.
Uva nisi multo non ducit sole colorem,
Nec profert solitas terra, sed annus, opes.
At tu quaere tuos vates, cui sacra profanis
Non potiora: piis nos pia scripta damus.
His si nostra placent, & Christo grata probantur,
Non Anomi paveo fulmina bruta Jovis.

Proseuchon libros quinque Illustrissimo Principi ac Domino Jo. Alberto, Duci Megalburgensi dedicavit, & Carmine Elegiaco ejus pietatem, quam precibus in Deum devotis egregio suorum exemplo declarat, encomiis multis exornavit. Libros duos *Eucharistion* Illustriss. Principi ac Domino Jo. Friderico III. Duci Saxoniae Carmine inscripsit. Liber *Epinicion* Philippo Melanchthoni dicatus est, ad quem inter alia in Carmine scribit:

Cui tamen ista damus: Tibi docte Philippe, parentis
Quem colimus merito Musica turba loco.

Canticum Canticorum Solomonis, s. Epithalamium sacrum, ad Valerium Cracovium Illustriss. Principis Sax. August. Elector. a Secretis scripsit. Prodiit etiam separatim Vitebergae 1607.

1607. ap. Paul. Helvvichium. Lipenius commemorat editionem Anno 1609. Viteb. editam Bibl. Philoſ. mihi vero non viſum. Tom. VI. poet. Germ. p. 117. editio recenſetur, quae editore filio, Theodoro Adamo, Vitembergae prodiiſſe dicitur. Liber *Threnorum* Hieremiae, vatis, Joanni & Gaſpar. Naeviis fratribus, dedicatus eſt, Medicis clariſſimis. *Hieroſtichon* libri II. inſcripti ſunt Valentino Gravio, amico & fautori ſuo ſingulari. *Aeoloſtichon* Libr. II. ad Andream Mylium, Joannis Alberti Ducis Megalburgenſis Conſiliarium transmiſit. *Epigrammatum* Liber I. Illuſtriſſ. Duci ac Domino Joanni Alberto Megalburg. juniori inſcriptus. Liber II. Illuſtriſſ. Duci ac Dno. Sigismundo Auguſto, Jo. Alberti Megalburg. Ducis pariter filio. Liber III. ad Andr. Gaſpar. Apelum, & Georg. Fridericum F. F. F. Elebios. Librum unum Tumulorum Beatis manibus inſcripſit. Ipſe Adamus emendata & correcta edere voluit Poemata ſua, ut in epiſtola ad G. Bersmannum ſcribit, quod factum eſſe ab eo dubito.

b.) Pars altera Poematum ſacrorum continet Pſalterii, ſ. Carminum Davidicorum, Libros V. Catecheſeos ſeu Pietatis puerilis Libr. II. quorum Liber primus Capita religionis Chriſtianae, Liber ſecundus, παραινεσιν de officiis puerorum continet, item librum unum Bellariorum ſ. de Conſolatione Chriſtiana, Joannis Evangeliſtae Caput XIV. & Idyllia ſacra. Pſalterio huic praemiſſe

miſit Epiſtolam ad Ad. Siberum Philippus Melanchthon, quae haec eſt: Clariſſime Vir, „DEO & Muſicis cariſſime, Totam Myſo„rum regionem, ut nunc vocamus, judico „triangulo incluſam eſſe: cujus baſis eſt, „juga Sudetum inter Albim & Eliſtrum, videli„cet inter Pyrnam & Plavam: cacumen trian„guli eſt penes confluens Salae & Albis, unde no„men eſt Calegia apud Ptolomaeum, quod Sa„lelbiam Lutherus interpretabatur. In eo tri„angulo, Dei beneficio, multa ſunt ornamenta: „genus hominum non incultum, Eccleſiae, ur„bes, ſcholae, judicia: mediocris diſciplina, fru„gum feraces agri, & venae metallicae. Haec „ſaepe cogitans, oro filium Dei, cuſtodem Ec„cleſiae ſuae, ut in hac regione ſua dona tueatur, „& ſervet hos coetus, quos tu, & alii ſimiles doce„tis, qui quidem piis votis ipſum invocant, te pre„cationum verba & numeros praeſcribente, ut „ex ore infantium & lactentium celebretur Deus. „Inſpexi autem ſcriptum tuum, & quidem eos „Pſalmos praecipue, in quibus plerique interpre„tes valde hallucinati ſunt. In iis vidi te nati„vas ſententias feliciter reddidiſſe, ſumque dele„ctatus & proprietate & venuſtate. Quare ut „edas hoc tuum opus, valde te adhortor: nec „Momos cures, quibus, praeter ſua, nihil placet, „ut Eobanum quidam exagitant: cujus quam „fuerit felix vena, quanta ubertas, quantus ſplen„dor, ſcimus. Sed voluit in Pſalmis humiliore „verſuum genere uti. De praefatione admo-

nebis

„nebis me. Etsi enim tua dulcissima poemata „lectores invitant sine aliena commendatione; „tamen mihi placet, etiam in tuis scriptis extare „significationem nostrae amicitiae. Bene vale, die VII. Novembris MDLIX. Neque tamen est illud Psalterium Davidis veteris translationis, quod a 1537. VVitembergae prodiit, & notas breves in versionem Latinam profert; sed hoc totum versu expressum & inscriptum est Illustriss. Principi ac Domino D. Augusto, Duci Saxon. Imperii Archimarschallo & Electori. Commendavit hunc librum Carmine Magnifico ac Nobili Viro D. Udalricho Mordisio, Jure Consulto Clariss. & Augusti Elector. Saxon. Consiliario, in quo inter alia ita scribit:

Mordisi, antistes sacri clarissime Juris,
Misniacique idem gloria rara soli,
Haec tibi commendo, tu vatis vela secunda
Des desiderii, magne Patrone, mei:
Atriaque ut pateant nostris Augusta libellis,
Expedias aditus, efficiasque viam.

Separatim etiam prodierunt Libri V. Psalterii s. Carminum Davidicorum Basileae ex officina Joannis Oporini, Anno 1562. mense Martio, & Basileae an. 1566. in 8. Itemque Anno 1572. eodem in loco, ap. eundem. Extat etiam Index in Poemata Siberi Basil. ap. Jo. Oporinum cum super addito libello Epigrammatum quarto. Ex quo apparet, Jo. Oporinum multum operae & laboris in Adami Psalterio grato & jucundo consumsisse, quod in Epistola ad Ada-

mum noſtrum teſtatur, quae legitur Vol. 2. Or. & Pr. Ad. Theod. filii Adami p. 453. „Accepi Pſalterium tuum, doctiſſime Sibere, „magno hactenus deſiderio a me expectatum: „ac gratulor & amicitiae noſtrae, & reipublicae „literariae, quod te adhuc vivum & incolumem „nobis ſupereſſe intellexi, de cujus obitu vehe„menter eram ſolicitus, quum tamdiu nullas a „te literas accepiſſem. Ceterum dabo operam, „ut hac hieme illud excudam, & proximo ver„no mercatu ad te mittam. Deus nobis, ſpero, „ut hactenus, aderit: ut, ſi nihil aliud, poſteri„tati ſaltem teſtatum relinquere poſſimus, nos „reip. ornandae juvandaeque cauſa, nullis ne„que laboribus, neque ſumptibus, perperciſſe. „Bene vale, mi Sibere, & nos amare, quod facis, „perge. Francofurti Calend. Sept. clo lo LXI. Illud hoc loco etiam obſervandum eſſe exiſtimo, in nova ſchola Chriſtiana collecta ex XX. piis Poetis recentibus Autore Thoma Fabro, Freibergio, multa ex Adami Noſtri Poematibus ſacris deſumta, & ſuis locis inſerta eſſe, ob pretium, quod ejus Carminibus tribuerunt Poetae.

c.) *Sionion* ſ. Hiſtoriae ſacrae Libros octo, commemorat Lotichius Bibl. Poet. c. l. Freherus in Theatr. erud. viror. p. 1477. Simlerus in Bibliotheca p. 6. VVagenerus item in ſerie Collegar. Grimenſ. Freiberg. & Clarmundus. Omiſerunt contra Lipenius in Bibl. Philoſ. & Autores Lexici erudit. Lipſ. editi. Extat hujus libri editio Lipſiae impreſſa typis Vogelianis ap. Andica-

dream Schneiderum, Anno 1573. in 8. cum dedicatione ad Illustriss. Principem ac Dominum Christianum Illustriss. Ducis & Elect. Saxon. August. filium, cui Sionion, sive hoc Historiae sacrae monimentum, fidei & obedientis subjectionis ergo dedicando consecrat Cal. Jan. De argumento hujus libri sub initium certiorem reddit lectorem:

Fert animus ire scripta per, quae Spiritus
Vatum ore sanctus prolocutus, literis
Curavit ipse memoriae tradi, Dei
Sinion toreumatumque Ecclesiam
Ornare cultu haud omnes possumus.

Summam cujuscunque Historiae versibus Jambicis pertractandae majusculis literis praemisit, versu pariter Elegiaco. Lectori etiam se Carmine excusat, si delicta fortasse praeter opinionem commissa sint.

Nec est, fuit, nec omnibus seclis erit
Tam Lynceus, qui non alicubi, non satis
Offendat, incurratque cautus: an bonus
Dormitat ipse parte nulla maximus
Vatum Pater? Quare ista candidus legas
Siquis leges, reciprocas inter vices
Quae sortis, in scholasticoque pulvere
Prodesse pueris, & nocere nemini
Expressimus labore vigili, qui male
Si non cecidit, habenda merito maximo
Rerum Parenti gratia. At si non bene,
Voluisse multum rebus in magnis fuit:
Corrigere & aliqua doctior Phoebus potest.

In Epistola ad Paulum Didymum An. 1573. scripta legitur Or. & Vol. 2. filii. p.474. De hoc libro scribit: quod eodem anno sub praelo habuerit Sionia, qui sunt octo libri Historiae Sacrae, versibus Jambicis senariis. Carmen illud, quo hunc librum Joanni Naevio, Illustriss. Sax. Electoris Medico clarisi. commendat, in fine legitur, quo interaliasic scribit:

Naevi ea trado etiam tibi, nostras rere Camoenas
Qui non esse nihil, laeto post seria vel tu,
Vel tuus ut tecum laudet noster que Vogelus
Augusto Patri, reddatque Sionia Nato,
Qui Patris in nomen crescit, (ratione juvandus,
Non est ignotum tibi, qua sim) meque meosque
Commendes illis: pro quo te munere Christus
Commendet Patri aeterno, radiantibus astris,
Donet & illato coelestis praemia vitae.

d) Non adeo magnus & spissus hic liber est, commemoratitione tamen dignus, quem pro singulari in me benevolentia mecum communicavit Excellentiss. Dns. H. L. Schurzfleischius, Consiliarius Serenisi. Ducis Sax. Vinarienssis, & Bibliothecae Principalis Director. Lipsiae excusus est ap. Jo. Rhambam 1577. Vota nuptialia Jacobi Furmanni prodierunt 1578. 8. De Christ. Schellenbergii, Poetae, Collegae, Generi, morte vehementer conqueritur Adamus, propterea quod liberos multos superstites in re domi angustia reliquerat cum misera vidua, filia Anna, Car-

ad

men ad Amicos & Patronos Schellenbergii praemiſit, quo ad liberalitatem erga orphanos egenos eos invitavit, quod vide ſupra pag. 85.

Sequuntur inde lacrymae in hujus & aliorum liberorum obitum a Noſtro & aliis Amicis conſcriptae, quos liberos omnes nominare prolixum eſſet. M. Balthaſſari Trautneri, generi, nuptiis vota fecit, eodem anno impreſſa, quorum primae paginae ſequentia inſcripſit:

Sic mutant humana vices: nec Phoebus eundem
Aut coelo vultum virgo bicornis habet.
Excipiunt laetas res triſtia, gaudia leſſum,
Aptantur fatis tempora quaeque ſuis.

Vota pariter hujus Trautneri & Suſannae Siberae nuptiis fecerunt multi Patroni & Amici, quae ſupra in enarratione liberorum Adami apparent. Vota nuptiarum M. Jacobi Furmanni, Profeſſoris ſ. Collegae Tertii eo tempore, & Blandinae Siberae, pariter ap. Jo. Rhambam Lipſiae excuſa ſunt, Anno 1578. in 8. a quibus vero, praeter Adamum noſtrum, conſcripta ſint plura ſupra recenſui.

e.) In Deliciis quoque Germanicis Gratulationes D. Chriſtiani, Ducis Saxoniae, habentur p. 250. ſimul cum M. Jacobi Furmanni Gratulationibus. f.) Jo. Stigelii, Gothani, Poematum volumina duo cum gratia ac Privilegio edita Jenae. 1577. in 8. impreſſa per Donatum Richtzenhan, ad Lectorem hunc verſum ſcripſit Adamus, quo naevos Stigelii excuſat:

Stigelii Lector naevis ignoſce Poetae,
Emendaturus, ſi licuiſſet, erat.

Conf. Epiſt. 575. Or. & Pr. fil. Adami

In dedicatione Carmine facta alloquitur Principes Saxoniae, & Stigelii labores commendat:

Hunc aliis, qualis videatur cunque, laborem
Conſecro Saxonicae vobis, nova lumina, gentis:
Et quem nomen avi referentem Danica mater
AUGUSTO creat: & vobis praeclara propago
FRATRUM: quorum alter fortuna urgetur iniqua,
Alter virtute, & praeſtantibus inclutus armis,
(Sic placitum Superis) coeleſtia templa ſubivit
Veſter erat: clarae docuitque Stigelius urbe
Leucoreae, & qua Sala fluit; Proavosque Patresque
Et cecinit veſtros: quare ſub numine ad oras
Jam ſuperas rediens lateat, ceu Virbius alter,
Saxonico, invidiam contra, dentesque Theonis.

Kal. Aug. MDLXXVII.

Non praeterire hoc loco poſſum in Catalogo Bibliothecae Jacobaeae P. 2. p. 217. me legiſſe Adami Siberi librum de *Stilo*, quem vero nullibi inter eruditos invenire licuit, neque in inſtructiſſima Bibliotheca Cygnea ejus copia datur, cum tamen omnes fere Siberi noſtri Libri in ea inveniantur. Exiſtimo itaque in hoc Catalogo non Adami Patris, ſed Adami Theodori, filii, Differ-

Dissertationem de Stilo intelligi, quae in ejus Orationibus & praefationibus legitur. *Epistolas* quoque complures Adamus conscripsit ad eruditos viros, quas inter Epistolas filii invenimus. Ad neminem vero plures, quam ad Stephanum Rothium, Primum Scribarum Senatus Zwiccavienſis, epistolas dedit, quarum magnum numerum MSS. possideo, de quibus tamen paucissimas editas vidi, & si res tempusque feret, in posterum edere laborabo.

XXIII. *Ex hac librorum Adami recensione nemini non apparet, quam sedulus & industrius per totam aetatem fuerit, & quantam curam adhibuerit doctrina & liberalium artium studiis discipulos suos augere, iisque etiam post mortem prodesse, quemadmodum saepe de se professus est. Qui ideo una cum aliis, solidioris doctrinae & humanitatis amatoribus, nostris etiam temporibus ingenue fateantur, necesse habent, quod nullum unquam tempus, nullumque otium, hunc egregium, & laboris amantissimum juventutis Doctorem a literis avocaverit, neque voluptas ulla abstraxerit, neque somnus retardaverit. Atque hi libri quanto frequentius eo tempore lectitabantur, tanto plures perficere cupiebat Adamus; sed morte impeditus perficere omnes & singulos inchoatos, neque perfectos etiam*

in lucem publicam emittere poterat omnes. Siquidem in continuo ejus labore mors inchoata multa abrumpebat, quae tamen, si typis descripta fuissent, quin multum adjumenti & ornamenti sacrarum literarum & humanitatis studiosis afferre potuissent, ambigendum haud quaquam videtur. Quae vero post mortem Siberi inexpressa atque inedita sint, exponit filius Theodorus Adamus, in Dedicatione Passionalis, s. Commentario Historiae Passionis a Patre illustratae, & post mortem ejus editae, a.) *quem horum omnium testem optimum sequimur. Interquae primo commemorat singulorum Capitum librorum omnium Veteris & Novi Testamenti periochas, quarum editionem nemo adhuc dum vidit, neque in cujus manibus jam versetur, constat. Tum recenset Lectionum Evangelicarum Commentarium s. ut alibi vocat, Volumen, nunquam mihi visum: Deinde Orationes Synodicas quatuordecim, de quibus & alio loco testatur.* b.) *Libros item quatuor de Causis regenerationis, quos typis impressos esse dubito.* c.) *Quibus addendus, qui vel primo loco ponendus erat,* Jobelaeus, *sive Ichnographia de educatione disciplinae puerilis scholastica, quatuor libros conti-*

Digitized by Google

tinens. Primus liber Rivius *inscribitur: Secundus quoque* Rivius *nominatur: Tertius* Fabricio Dabercusius: *Quartus & ultimus*, Magdeburgo Siberus. *Quem librum quidem in lucem proferendum promisit M. Jacobus Furmannus, Adami nostri successor, utrum vero his promissis satisfecerit, & apud quem adhuc lateat, affirmare non possum, quia in nulla fere Bibliotheca publica vel privata hujus libri copia suppeditatur, nec ab ullo unquam eruditorum editus commemoratur.* d.)

a.) Haec praefatio filii in Passionale legitur in Vol. I. Or. & Pr. p. 17.

b.) *Orationes Synodicas* quatuordecim commemorat quoque Theod. Adamus Vol. eodem p. 300. in Epistola ad Henricum Dionysium Siberum, fratrem, his verbis: Orationes Parentis Synodicas alias mittam. Sed quo fine, „describas; scilicet ut Latinam inde linguam „pleniorem efficias, qua ad rusticos utare. Quaeso, annon satis Latine iam nosti? aut Psalterium „parentis, quantum quantum est, cognovisti? „Nimirum, ut ille ait, Ciceronis de Republica li„bros desideramus, & hos de Officiis negligimus. „Equidem mallem te Germanica potius Lutheri „frequenter & diligenter lectitare. Inde enim „non solum Germanam linguam nostratem, sed

Digitized by Google

miſit Epiſtolam ad Ad. Siberum Philippus Melanchthon, quae haec eſt: Clariſſime Vir, „DEO & Muſicis cariſſime, Totam Myſo„rum regionem, ut nunc vocamus, judico „triangulo incluſam eſſe: cujus baſis eſt, „juga Sudetum inter Albim & Eliſtrum, videli„cet inter Pyrnam & Plavam: cacumen trian„guli eſt penes confluens Salae & Albis, unde no„men eſt Calegia apud Ptolomaeum, quod Sa„lelbiam Lutherus interpretabatur. In eo tri„angulo, Dei beneficio, multa ſunt ornamenta: „genus hominum non incultum, Eccleſiae, ur„bes, ſcholae, judicia: mediocris diſciplina, fru„gum feraces agri, & venae metallicae. Haec „ſaepe cogitans, oro filium Dei, cuſtodem Ec„cleſiae ſuae, ut in hac regione ſua dona tueatur, „& ſervet hos coetus, quos tu, & alii ſimiles doce„tis, qui quidem piis votis ipſum invocant, te pre„cationum verba & numeros praeſcribente, ut „ex ore infantium & lactentium celebretur Deus. „Inſpexi autem ſcriptum tuum, & quidem eos „Pſalmos praecipue, in quibus plerique interpre„tes valde hallucinati ſunt. In iis vidi te nati„vas ſententias feliciter reddidiſſe, ſumque dele„ctatus & proprietate & venuſtate. Quare ut „edas hoc tuum opus, valde te adhortor: nec „Momos cures, quibus, praeter ſua, nihil placet, „ut Eobanum quidam exagitant: cujus quam „fuerit felix vena, quanta ubertas, quantus ſplen„dor, ſcimus. Sed voluit in Pſalmis humiliore „verſuum genere uti. De praefatione admo-

nebis

„nebis me. Etsi enim tua dulcissima poemata „lectores invitant sine aliena commendatione; „tamen mihi placet, etiam in tuis scriptis extare „significationem nostrae amicitiae. Bene vale, die VII. Novembris MDLIX. Neque tamen est illud Psalterium Davidis veteris translationis, quod a 1537. VVitembergae prodiit, & notas breves in versionem Latinam profert; sed hoc totum versu expressum & inscriptum est Illustriss. Principi ac Domino D. Augusto, Duci Saxon. Imperii Archimarschallo & Electori. Commendavit hunc librum Carmine Magnifico ac Nobili Viro D. Udalricho Mordisio, Jure Consulto Clariss. & Augusti Elector. Saxon. Consiliario, in quo inter alia ita scribit:

Mordisi, antistes sacri clarissime Juris,
Misniacique idem gloria rara soli,
Haec tibi commendo, tu vatis vela secunda
Des desiderii, magne Patrone, mei:
Atriaque ut pateant nostris Augusta libellis,
Expedias aditus, efficiasque viam.

Separatim etiam prodierunt Libri V. Psalterii s. Carminum Davidicorum Basileae ex officina Joannis Oporini, Anno 1562. mense Martio, & Basileae an. 1566. in 8. Itemque Anno 1572. eodem in loco, ap. eundem. Extat etiam Index in Poemata Siberi Basil. ap. Jo. Oporinum cum super addito libello Epigrammatum quarto. Ex quo apparet, Jo. Oporinum multum operae & laboris in Adami Psalterio grato & jucundo consumsisse, quod in Epistola ad Ada-

mum noſtrum teſtatur, quae legitur Vol. 2. Or. & Pr. Ad. Theod. filii Adami p. 453. „Accepi Pſalterium tuum, doctiſſime Sibere, „magno hactenus deſiderio a me expectatum: „ac gratulor & amicitiae noſtrae, & reipublicae „literariae, quod te adhuc vivum & incolumem „nobis ſupereſſe intellexi, de cujus obitu vehe„menter eram ſolicitus, quum tamdiu nullas a „te literas accepiſſem. Ceterum dabo operam, „ut hac hieme illud excudam, & proximo ver„no mercatu ad te mittam. Deus nobis, ſpero, „ut hactenus, aderit: ut, ſi nihil aliud, poſteri„tati ſaltem teſtatum relinquere poſſimus, nos „reip. ornandae juvandaeque cauſa, nullis ne„que laboribus, neque ſumptibus, pepercisſe. „Bene vale, mi Sibere, & nos amare, quod facis, „perge. Francofurti Calend. Sept. clo lo LXI. Illud hoc loco etiam obſervandum eſſe exiſtimo, in nova ſchola Chriſtiana collecta ex XX. piis Poetis recentibus Autore Thoma Fabro, Freibergio, multa ex Adami Noſtri Poematibus ſacris deſumta, & ſuis locis inſerta eſſe, ob pretitium, quod ejus Carminibus tribuerunt Poetae.

c.) *Sionion* ſ. Hiſtoriae ſacrae Libros octo, commemorat Lotichius Bibl. Poet. c. l. Freherus in Theatr. erud. viror. p. 1477. Simlerus in Bibliotheca p. 6. VVagenerus item in ſerie Collegar. Grimenſ. Freiberg. & Clarmundus. Omiſerunt contra Lipenius in Bibl. Philoſ. & Autores Lexici erudit. Lipſ. editi. Extat hujus libri editio Lipſiae impreſſa typis Vogelianis ap. Andica-

dream Schneiderum, Anno 1573. in 8. cum dedicatione ad Illustriss. Principem ac Dominum Christianum Illustriss. Ducis & Elect. Saxon. August. filium, cui Sionion, sive hoc Historiae sacrae monimentum, fidei & obedientis subjectionis ergo dedicando consecrat Cal. Jan. De argumento hujus libri sub initium certiorem reddit lectorem:

Fert animus ire scripta per, quae Spiritus
Vatum ore sanctus prolocutus, literis
Curavit ipse memoriae tradi, Dei
Sinion toreumatumque Ecclesiam
Ornare cultu haud omnes possumus.

Summam cujuscunque Historiae versibus Jambicis pertractandae majusculis literis praemisit, versu pariter Elegiaco. Lectori etiam se Carmine excusat, si delicta fortasse praeter opinionem commissa sint.

Nec est, fuit, nec omnibus seclis erit
Tam Lynceus, qui non alicubi, non satis
Offendat, incurratque cautus: an bonus
Dormitat ipse parte nulla maximus
Vatum Pater? Quare ista candidus legas
Siquis leges, reciprocas inter vices
Quae sortis, in scholasticoque pulvere
Prodesse pueris, & nocere nemini
Expressimus labore vigili, qui male
Si non cecidit, habenda merito maximo
Rerum Parenti gratia. At si non bene,
Voluisse multum rebus in magnis fuit:
Corrigere & aliqua doctior Phoebus potest.

Digitized by Google

In Epistola ad Paulum Didymum An. 1573. scripta legitur Or. & Vol. 2. filii. p.474. De hoc libro scribit: quod eodem anno sub praelo habuerit Sionia, qui sunt octo libri Historiae Sacrae, versibus Jambicis senariis. Carmen illud, quo hunc librum Joanni Naevio, Illustriss. Sax. Electoris Medico clarisi. commendat, in fine legitur, quo interaliasic scribit:

Naevi ea trado etiam tibi, nostras rere Camoenas
Qui non esse nihil, laeto post seria vel tu,
Vel tuus ut tecum laudet noster que Vogelus
Augusto Patri, reddatque Sionia Nato,
Qui Patris in nomen crescit, (ratione juvandus,
Non est ignotum tibi, qua sim) meque meosque
Commendes illis: pro quo te munere Christus
Commendet Patri aeterno, radiantibus astris,
Donet & illato coelestis praemia vitae.

d) Non adeo magnus & spissus hic liber est, commemoratitione tamen dignus, quem pro singulari in me benevolentia mecum communicavit Excellentiss. Dns. H. L. Schurzfleischius, Consiliarius Serenisi. Ducis Sax. Vinarienšis, & Bibliothecae Principalis Director. Lipsiae excusus est ap. Jo. Rhambam 1577. Vota nuptialia Jacobi Furmauni prodierunt 1578. 8. De Christ. Schellenbergii, Poetae, Collegae, Generi, morte vehementer conqueritur Adamus, propterea quod liberos multos superstites in re domi angusta reliquerat cum misera vidua, filia Anna, Car-

ad

men ad Amicos & Patronos Schellenbergii praemiſit, quo ad liberalitatem erga orphanos egenos eos invitavit, quod vide ſupra pag. 85.

Sequuntur inde lacrymae in hujus & aliorum liberorum obitum a Noſtro & aliis Amicis conſcriptae, quos liberos omnes nominare prolixum eſſet. M. Balthaſſari Trautneri, generi, nuptiis vota fecit, eodem anno impreſſa, quorum primae paginae ſequentia inſcripſit:

Sic mutant humana vices: nec Phoebus eundem
Aut coelo vultum virgo bicornis habet.
Excipiunt laetas res triſtia, gaudia leſſum,
Aptantur fatis tempora quaeque ſuis.

Vota pariter hujus Trautneri & Suſannae Siberae nuptiis fecerunt multi Patroni & Amici, quae ſupra in enarratione liberorum Adami apparent. Vota nuptiarum M. Jacobi Furmanni, Profeſſoris ſ. Collegae Tertii eo tempore, & Blandinae Siberae, pariter ap. Jo. Rhambam Lipſiae excuſa ſunt, Anno 1578. in 8. a quibus vero, praeter Adamum noſtrum, conſcripta ſint plura ſupra recenſui.

e.) In Deliciis quoque Germanicis Gratulationes D. Chriſtiani, Ducis Saxoniae, habentur p. 250. ſimul cum M. Jacobi Furmanni Gratulationibus. f.) Jo. Stigelii, Gothani, Poematum volumina duo cum gratia ac Privilegio edita Jenae. 1577. in 8. impreſſa per Donatum Richtzenhan, ad Lectorem hunc verſum ſcripſit Adamus, quo naevos Stigelii excuſat:

Stigelii Lector naevis ignoſce Poetae,
Emendaturus, ſi licuiſſet, erat.

Conf. Epiſt. 575. Or. & Pr. fil. Adami

In dedicatione Carmine facta alloquitur Principes Saxoniae, & Stigelii labores commendat:

Hunc aliis, qualis videatur cunque, laborem
Conſecro Saxonicae vobis, nova lumina, gentis:
Et quem nomen avi referentem Danica mater
AUGUSTO creat: & vobis praeclara propago
FRATRUM: quorum alter fortuna urgetur iniqua,
Alter virtute, & praeſtantibus inclutus armis,
(Sic placitum Superis) coeleſtia templa ſubivit
Veſter erat: clarae docuitque Stigelius urbe
Leucoreae, & qua Sala fluit; Proavosque Patresque
Et cecinit veſtros: quare ſub numine ad oras
Jam ſuperas rediens lateat, ceu Virbius alter,
Saxonico, invidiam contra, dentesque Theonis.

Kal. Aug. MDLXXVII.

Non praeterire hoc loco poſſum in Catalogo Bibliothecae Jacobaeae P. 2. p. 217. me legiſſe Adami Siberi librum de *Stilo*, quem vero nullibi inter eruditos invenire licuit, neque in inſtructiſſima Bibliotheca Cygnea ejus copia datur, cum tamen omnes fere Siberi noſtri Libri in ea inveniantur. Exiſtimo itaque in hoc Catalogo non Adami Patris, ſed Adami Theodori, filii,

Differ-

Digitized by Google

Dissertationem de Stilo intelligi, quae in ejus Orationibus & praefationibus legitur. *Epistolas* quoque complures Adamus conscripsit ad eruditos viros, quas inter Epistolas filii invenimus. Ad neminem vero plures, quam ad Stephanum Rothium, Primum Scribarum Senatus Zwiccaviensis, epistolas dedit, quarum magnum numerum MSS. possideo, de quibus tamen paucissimas editas vidi, & si res tempusque feret, in posterum edere laborabo.

XXIII. *Ex hac librorum Adami recensione nemini non apparet, quam sedulus & industrius per totam aetatem fuerit, & quantam curam adhibuerit doctrina & liberalium artium studiis discipulos suos augere, iisque etiam post mortem prodesse, quemadmodum saepe de se professus est. Qui ideo una cum aliis, solidioris doctrinae & humanitatis amatoribus, nostris etiam temporibus ingenue fateantur, necesse habent, quod nullum unquam tempus, nullumque otium, hunc egregium, & laboris amantissimum juventutis Doctorem a literis avocaverit, neque voluptas ulla abstraxerit, neque somnus retardaverit. Atque hi libri quanto frequentius eo tempore lectitabantur, tanto plures perficere cupiebat Adamus; sed morte impeditus perficere omnes & singulos inchoatos, neque perfectos etiam*

in lucem publicam emittere poterat omnes. Siquidem in continuo ejus labore mors inchoata multa abrumpebat, quae tamen, si typis descripta fuissent, quin multum adjumenti & ornamenti sacrarum literarum & humanitatis studiosis afferre potuissent, ambigendum haud quaquam videtur. Quae vero post mortem Siberi inexpressa atque inedita sint, exponit filius Theodorus Adamus, in Dedicatione Passionalis, s. Commentario Historiae Passionis a Patre illustratae, & post mortem ejus editae, a.) *quem horum omnium testem optimum sequimur. Interquae primo commemorat singulorum Capitum librorum omnium Veteris & Novi Testamenti periochas, quarum editionem nemo adhuc dum vidit, neque in cujus manibus jam versetur, constat. Tum recenset Lectionum Evangelicarum Commentarium s. ut alibi vocat, Volumen, nunquam mihi visum: Deinde Orationes Synodicas quatuordecim, de quibus & alio loco testatur.* b.) *Libros item quatuor de Causis regenerationis, quos typis impressos esse dubito.* c.) *Quibus addendus, qui vel primo loco ponendus erat,* Jobelaeus, *sive Ichnographia de educatione disciplinae puerilis scholastica, quatuor libros con-*

ti-

tinens. Primus liber Rivius *inſcribitur: Secundus quoque* Rivius *nominatur: Tertius* Fabricio Dabercuſius: *Quartus & ultimus*, Magdeburgo Siberus. *Quem librum quidem in lucem proferendum promiſit M. Jacobus Furmannus, Adami noſtri ſucceſſor, utrum vero his promiſſis ſatisfecerit, & apud quem adhuc lateat, affirmare non poſſum, quia in nulla fere Bibliotheca publica vel privata hujus libri copia ſuppeditatur, nec ab ullo unquam eruditorum editus commemoratur.* d.)

a.) Haec praefatio filii in Paſſionale legitur in Vol. I. Or. & Pr. p. 17.

b.) *Orationes Synodicas* quatuordecim commemorat quoque Theod. Adamus Vol. eodem p. 300. in Epiſtola ad Henricum Dionyſium Siberum, fratrem, his verbis: Orationes Pa„rentis Synodicas alias mittam. Sed quo fine, „deſcribas; ſcilicet ut Latinam inde linguam „pleniorem efficias, qua ad ruſticos utare. Quae„ſo, annon ſatis Latine iam noſti? aut Pſalterium „parentis, quantum quantum eſt, cognoviſti? „Nimirum, ut ille ait, Ciceronis de Republica li„bros deſideramus, & hos de Officiis negligimus. „Equidem mallem te Germanica potius Lutheri „frequenter & diligenter lectitare. Inde enim „non ſolum Germanam linguam noſtratem, ſed

„etiam Theologiam genuinam unaque opera „δύναμιν ἑρμηνευτικὴν καὶ δεινωσιν ῥητορικὴν dilceres &c.

c) Libros quatuor de *Cauſis regenerationis* edendos curavit filius Theodor. Adamus, eamque ob cauſam a Davide Chytraeo petiit, ut praefatiuncula praemuniat eundem & exornet Libr. 1. Or. &, Epiſtol. p. 297. Meminiſſe autem potes, me, quum iſtic eſſem, monſtrare auſum eſſe tibi librum quendam parentis mei, quem„ ille de cauſis Regenerationis ſcripſit, quique a te„ non omnino, niſi memoriam perdidi, impro-„ batur, imo, quem tu in quadam ad Henricum„ patruum, epiſtola eruditiſſimum appellare non„ dubitaſti. Quaeſo ergo iterum, quod ſine mo-„ leſtia tua fieri poſſit, eum librum (nam Ty-„ pographum inveniſſe videor) autoritatis tuae„ ſuffragio ac judicio, h. e. praefatiuncula aliqua„ praemunias & exornes. Video, quanta id cum dignitate & utilitate fieri poſſit. Ego vicisſim tuus tuorumque ero. Vitebergae Cal. Aug. 1606. An vero hic liber publici juris factus ſit, ex nemine percipere potui. d) *Jobelaeus* ſ. Jubilaeus [ita inſcripſit hunc librum, cum annos quinquaginta in ludis literarum conſumſiſſet] adhuc delitescit, nec editum unquam eſſe exiſtimo, quamvis M. Jacobus Furmannus in Epiſtola dedicatoria Partis III. Margaritae ſcholaſticae Siberi in lucem proferendum promiſerit, his verbis: Reliquit Adamus Siberus ſtudii & induſtriae ſuae opera elaborata, quae partim jam„ diu

Digitized by Google

diu edita sunt, partim adhuc delitescunt, inter, quae non postremum locum tenet Jubilaeus, s. Ichnographia de educatione disciplinae puerilis Scholasticae, In eo libro vel suam, vel Joannis Rivii, Atthendorienſis, quem loquentem introducit, descholis sententiam exponit accurate diserteque differens de illarum ortu ac progressu, de scholis Patriarcharum, Prophetarum, Regum, de Synagogis, de Joannis Baptistae, de JEsu Christi, Apostolorum, Christianorum, & aliis aliorum temporum ac aetatum scholis, porro, de Ecclesiastici ac politici magistratus, de parentum, praeceptorum ac discipulorum officiis, & de rebus aliis ad Scholam pertinentibus: Qui quidem liber, si videbitur, & res tempusque feret, in lucem proferetur; Ea enim inspe sumus, fore, ut & libenter, sine fructu a studiorum puerilium praefectis legatur, quanquam nonnulla etiam alia explanentur, quae propter liberalem cognitionem juvare alios possent. Qui vero utrum promissis steterit, affirmare non possum. Ut tamen sedulus lector, accuratiorem omnium Capitum hujus libri enumerationem cupiens, sciat, quo ordine digestus ab Adamo nostro sit & concinnatus, placet apponere Epistolam Ad. Theodori, Filii Or. & Pr. Vol. I. p. 293. 294. ad Christophorum Caesarem, in qua omnia & singula capita enarrat: Quod quaeris, Jobelaeus parentis mei quid cogitet, dicis, aut rei sit, paucis sic accipe. Est Ichnographia de educatione disciplinae puerilis scholasti-

„laſſica, & libros quatuor habet. Primi libri „hujus qui Rivius inſcribitur, tanquam membra, ut ſic dicam, & capita ſunt iſta: Scholarum ortus; Scholae Antediluvianae; Scholae poſtdiluvianae: Scholae Patriarchicae; Scholae Propheticae; Scholae regiae: Synagogae: Scholae genticae; Scholae Hebraeorum reſtitutae: Schola Joannis Baptiſtae: Jeſu Chriſti Schola: Scholae Chriſtianae: Scholarum hoſtis Satanas: Scholae Sophiſticae; Scholae haereticae: Scholae barbarae; Scholae redintegratae; Scholae periclitantes. Secundi, qui & ipſe Rivius, iſta: Officium magiſtratus eccleſiaſtici: Officium magiſtratus politici; Stipendia unde ſumenda: Ephoria, ſeu ludi inſpectio: praemia: pauperes & peregrini; Oeconomus; aedes ſcholaſticae; leges & privilegia: Officium parentum: officium magiſtrorum. Tertii, qui Fabricio Dabercuſius, iſta: Rector; Hypodidaſcali ſeu ſubdoctores; pietas: diſciplina: artes, linguae, autores; eruditionis educatio; claſſes; lectiones claſſis ultimae ſeu infimae; horae; lectiones ordinum intermediorum; interpretatio; ordinis ſummi lectiones; repetitiones; pronunciationes memoriter; diſputationes; ſtilus; commonitiones de formando ſtilo; exercitationes, verſus & carmina; emendatio; progreſſiones Claſſicae ſtratagemata; luſionum exercitia; animatverſiones & poenae. Quarti & ultimi, qui Magdeburgo Siberus, iſta: Cultus praeceptorum;

„rum: obedientia: amor ſtudiorum & diligentia: „mutua diſcentium charitas: templum: concla„ve ſeu cubiculum: auditorium: menſa: potus: „adminiſtri ſeu famuli: convivia: ſtatus corporis „& geſtus: in congreſſibus modeſtia: ſermo: a„mictus: tempus: varia: Ac quin hujus libri „ſumma utilitas ſit, ſi quis ejus praeſcriptum ſe„qui velit, nemo ambigat, niſi qui ſcholas ipſas „inutiles eſſe dicat: non certe tu, mi Caeſar, qui „in hac informandae pueritiae palaeſtra uſu, „dexteritate, diligentia, ac fide, is hodie es, ut „neminem tibi anteponam, vix unum & alterum „conferre debeam. Vale!

XXIV. Ex quibus ingenii monimentis magnam quidem ſibi laudem in toto literatorum orbe comparavit Adamus; ſed multo majorem gloriam, nominisque famam, conſecutus eſt ex ingenti multitudine & copia diſcipulorum, qui ex ejus ſchola, tanquam ex equo Trojano, prodierunt, & vel Eccleſiam Servatoris noſtri optimi moderati ſunt, vel Rempublicam capeſſendo communi conſilio atque opera patriae magnum emolumentum praeſtiterunt. Qui omnes & ſinguli grato animo ingenue confeſſi ſunt: inſtitutione illius ſe in ſtudiis maxime adjutos, & ad promovendam aliorum ſalutem aptos idoneosque redditos eſſe. Pietas enim & doctrina ſolida

Sibe-

Siberi ea aetate non in Saxonia & Miſnia tantum, ſed in ceteris etiam regionibus degentibus viris eruditis nota & perſpecta fuit, unde non ſecus ad ejus ſcholam, atque olim ad Pythagorae, & Ariſtotelis, confluxerunt, & certatim exoptarunt ſibi facultatem fideli ejus inſtitutione perfruendi. Neque tamen inanes ex ejus mercatura bonarum artium prodierunt, ſed omnibus doctrinis, quibus puerilis, & adulta aetas impertiri debet, imbuti. Qui ideo ſapientiores facti vehementer gaviſi ſunt, tam fidelem & eruditum ſibi obtigiſſe Praeceptorem, cujus memoriam & merita pio ſemper gratoque animo coluerunt, eique, quicquid habuerunt, & didicerunt, acceptum retulerunt. a.)

a.) In primis commendat ſcholam Adami Succeſſor ejus in ſchol. Provincial. Grimenſi M. Jacobus Furmannus, qui in Epiſtola Dedicatoria Part. III. Margar. ſcholaſt. ſcribit ad Grimenſis Provincialis & Vitembergenſ. urbicae alumnos: „Quantum literarum ludis profuerit Siberus noſter, quanta cum fide aſſiduitateque praefuerit, teſtificari poſſunt multi praecipui viri, qui ex illius ſchola prodierunt, & adhuc vel Eccleſiam Jeſu Chriſti moderantur, vel Rempublicam capeſſendo communi patriae ſuo conſilio atque opera inſerviunt. Qui quidem omnes, dubio pro-

„procul, libenter fatebuntur, illius se institutione „in studiis non parum esse adjutos. Quodsi „qui forte dissimulent aut inficientur, conveniet „in ipsos Samsonis illud, Philistaeis objectum: „Nisi vitula mea arasseris, nunquam aenigma „hoc solvisseris. Equidem licet me cum aliis „non comparem, nec comparari postulem, ta„men gaudeo mihi Siberum obtigisse Praecepto„rem, cui, quicquid habeo, quantulum id cunque „sit, ex studiis eruditiunculae, acceptum refero. „Neque tamen aliis quicquam detraho. Nam „gaudeo mihi etiam, quod postea in Academia „Lipsica inter ceteros in omni genere doctrina „excellentes viros viderim, ac docentem audive„rim Joachimum illum Camerarium, at quem „virum? qui propter eruditae doctrinae facul„tatem eximiam, non solum nomen suum & A„cademiam Lipsicam illustravit, sed multis et„iam aliis terris innotuit, ac major est, quam ut a „me commendetur. Sed & iis magnam grati„am habeo, quos in schola olim patria puer ha„bui praeceptores, & quibus primitias doctrinae „debeo, ex quibus duorum humanitate, officiis, „atque integritate praestantium virorum, alibi „jam muneribus aliis cum laude fungentium (al„ter enim remp. administrat, alter rei ecclesiasti„cae praesidet illustri in loco] studium gratum „est, quod non poenituerit ipsos subire & per„ferre labores illos pueriles, taedii quidem ple„nissimos, & cum summis molestiis laboribusque „assiduis ac catenatis conjunctos, sed Deo tamen

gra-

"gratissimos, reique publicae maxime salu-
"tares, quos magno cum pueritiae detri-
"mento plerosque subterfugere passim vi-
"deas. Quod quidem licet hominum male gra-
"torum culpa, docentibus parum mercedis, i-
"mo odium interdum & convicia pro labore
"tribuentium, accidere videatur; tamen ne-
"quaquam aliquid in officio delegato negligi de-
"bet ab iis, qui & viri boni & Christiani haberi
"atque esse volunt, quorum merces copiosa ali-
"quando, de Christi promissione, futura est in
"coelis. Sed hac de re disserere alienum jam
"fuerit. Objicias vero nobis, non omnes ad
"frugem perveniisse, qui Siberi usi sint disci-
"pli-na? Sint sane pauci, vel pauciissimi etiam, ut
"revera sunt. Verum ideone culpam ipsi ma-
"gistro assignabis, si multorum malitia corrigi
"non potuerit, vel potius noluerit? Accusabisne
"etiam Adamum, generis nostri principem, quod
"Cainum, fratricidam, aut Prophetam regium
"Davidem, quod Absolonem seditiosum genue-
"rint? Taceo ceteros sanctos simili usos fortuna.
"Accusabisne etiam denique Christum, quod
"Judam proditorem habuerit discipulum, quem
"a facinore apud animum concepto nullis ad-
"monitionibus revocare potuit; quanquam mul-
"tos etiam alios discipulorum retro abiisse, nec
"amplius cum ipso versatos esse, Johannes autor
"sit Evangelista? Hoc cum ipsi Christo, DEI
"Filio, cum idem multis sanctis, acciderit, non
"est, cur quis miretur, si aliis quoque eveniat.

Tan-

„Tanta nimirum est nonnullorum ingeniorum „pravitas, ut emendari nec possint, nec velint. „Nec scholam ullam reperire usquam est, in qua „non malorum, quam bonorum, major fit co„pia, praesertim hac postrema mundi aetate, & „colluvie corrupta, ubi indies petulantia crescit, „& vitia magis magisque augentur, ac disciplina „domestica prorsus concidit. Sed nec ex omni, „ut vulgo dicitur, ligno fit Mercurius. Quid „vero hic agendum iis, qui cum pulveribus scho„lasticis conflictantur? Quid aliud, quam ut of„ficium sedulo, suo quisque loco, faciant, ac de „praecepto Apostoli, bonam militent militiam, „retinentes fidem & bonam conscientiam, Deo„que gratias agant, si ex multis vel unum modo „atque alterum Ecclesiae vel reip. civem utilem relinquant? Freherus in Theatro virorum eru„dit. ait: ex ejus disciplina prodisse viros in o„mni literarum genere excellentes. Lotichius in Bibliotheca Poet. P. III. p. 59. laudat pariter ejus institutionem scribens: Praefuit A. Siberus scholae Grimensi [Provinciali] Paedagogarcha non incelebris, ex cujus disciplina prodierunt homines in omni literarum & facultatum genere excellentes. Tobias Schmidius in Chronico Zwiccavienfi p. 507. eadem fere de Sibero habet, scribens: quod ex ejus institutione multi eruditi, & in omnibus eruditionis partibus versati, & excellentes prodierint viri, communi patriae admodum utiles. Laurentius Finckelthusius, opt. art. Magister, in Votis nuptialibus Balthas.

Trautner. ſcriptis & anno 1577. Lipſ. edit. lit. B. 3. ait:

Ecce tibi natam, natam tibi jungit, & arte
Clarus, & eloquii dote, *Siberus* ovans.
Ille bonus tenerae dux pubis amorque Siberus,
Ille poetarum gemma, nitorque chori,
Gloria cuique ſua eſt: hunc qui celebrare Magiſtrum
Sedulus Aonia geſſit in arte puer,
Non ipſum ſtudii, non lapſi ponitet unquam
Temporis, excultum moribus, arte gravem.

Filius Th. Adamus in imaginem Parentis optimi & meritiſſimi celebritatem ſcholae ejus commendat in Epigrammat. Or. & Pr. Vol. 1. p. 392.

Talis eram facie vultuque Siberus Adamus
In terris dum me mea fata Deusque ſinebant.
Me, quem tres anni tredecim ex ordine luſtra
Jactarunt inter variae ludibria ſortis,
Et deteſtandos indigno turbine caſus.
Neve loquar quinquaginta diverſa per annos
Quae ſtudiis obii loca conſecrata, Cathedrae
Aſſiduasque operas, indefeſſosque labores.
Grata vetat doctorum hominum quae plurima turba
E diſciplina ſe noſtra hac fudit & illac
Myſtarum juris, delubraque ſacra tuentum,
Paeoniis varias aptantumque uſibus herbas,
Vel Sophiae ſtudiis praeſtantum, aut divite lingva.

M.

M. Christophorus Caesar in Carmine, ad effigiem Adami Siberi conscripto, laudat quoque Scholam ejus:

Grajugenum domus Isocratis Schola credita quondam,
Tota erat: Orator plurimus unde bonus
Culte, domus tua, sic Schola docta, *Sibere*, putatur
Doctorum unde virum multa profecta seges,
Ergo domo e tali doctam num surgere prolem
Mirum? septena qua pater ipse fuit.

XXV. Res magni laboris, magnaeque operae esset, omnes & singulos discipulos Adami ex Indice Alumnorum scholae nostrae enumerare, & accuratum eorum numerum inire. Cui instituto hic liber vix sufficeret, praesertim si ordine omnes recensendos susciperem, quos per quinquaginta annos in variis locis scholas moderatus fideliter instituit. Praecipuos tantum ex illis, & amplissimis honorum & dignitatum gradibus auctos, adducam, qui Sibero Doctore, & sapientiae Magistro, usi, magnam felicitatis suae accessionem fecerunt. Primi erunt Nobiles: Tobias Haubitius, Sebastianus Kötteritius, V Volfgangus Rabiel, Ehrenfridus ab Ende, Ot-

to Bernſteinius, Georgius Boſe, Ludovicus Canitius, Volckmannus Gersdorffius, Eraſmus Carlevvitius, Sigismundus, & Fridericus, fratres, a Lindenau, Joannes Minckvviſius, Jo. Georgius, Jo. Jacobus, Rudolphus, a Ponickau, Henricus Schleinitius, fratres Schoenbergii, Abrahamus Zeſchavius, quos omnes diſcipulos habuit probos, ſolertes modeſtos, & ad publica officia patriae praeſtanda aptos. a.) *Hos excipient Theologi, qui ſacris muneribus praefecti auditoribus divina oracula interpretati ſunt, nempe: M. VVolfgangus Stolbergius, Joannes Clajus, Herzbergenſis, M. Balthaſar Trautnerus, Joannes Vogelius, Laurentius Drabitius, Georgius Caldenhöferus, VVolfgangus Viertelius.* b.) *Ad hos accedunt JCti magni nominis, Nicolaus Crellius, Saxoniae Cancellarius, Joannes Seidelius, J. U. D. & Conſul Lipſienſis, Joannes Teutſchius, Laurentius Peccenſteinius.* b.) *Medici praeclari, Hieronymus Nymannus, Tobias Tandlerus.* d.) *Sequuntur Profeſſores in Academiis celeberrimi, qui ex Noſtri inſtitutione prodierunt: Paulus Didymus, Adamus Theodorus Siberus, Filius, Joannes Nebelthau, Joannes VVanckelius:* e.) *& qui juventutem ſcholaſti-*

cam

cam in Gymnasiis publicis bonas literas egregie docuerunt, M. Jacobus Furmannus, Martinus Hayneccius, M. Jacobus Lindnerus, Christianus Bodensteinius, Joannes Schellenbergius. f.) *aliique eruditi viri, Georgius Trepta, Balthasar Crusius, Martinus Hofmannus.* g.)

a.] Complures ex Siberi institutione prodeuntes discipulos profert Andreas Cunadus, S. S. Theol. Doct. Pastor & Antistes Grimensis, postea Prof. Theol. in Academ. Vitemb. in Concione Jubilaei primi scholae nostrae Anno 1650. d. 14. Sept. in templo nostrae scholae contiguo habita, quam usibus meis commodavit Plurimum Reverendus M. Valentinus Haenischius, Archi-Diaconus Ecclesiae Grimensis bene meritus. Et praesertim ex Nobilibus quondam audivisse Siberum ait Tobiam ab Haubiz, Imperatoris Romanorum Consiliarium Aulicum, Sebastianum Fridericum Koetterizium, Praefidem Proto Synedrii Dresdensis, VVolfgangum a Rabiel, Electoris Saxon. a Consiliis in Tribunali redituum publicorum. *Erenfridus ab Ende* ob grati animi notam multa nepotibus Siberi tribuit beneficia, nempe liberis orphanis Schellenb. quae celebrat Adamus in Carmine lugubri de obitu Schellenberg. adamicos hujus scripto. *Otto Bernstein*, Anno 1560. d. 10. April. Siberi institutioni traditus est, usque ad An. 1564. d. 14. Sept. quo ultimum vale scholae dixit, & gratum animum in in nostrum declaravit. *Georgius Bose* An.

Digitized by Google

1562. per ſex annos Sibero praeceptore uſus eſt, usque ad an. 1568. d. 1. Jun. *Ludovicus a Canitz* An. 1578. huc venit Siberum auditurus, cui & per quatuor annos adhaerere laboravit. *Volckmannus Gersdorff* Anno 1560. d. 27. Maii Alumnis a Sibero adſcriptus eſt, & per quatuor annos ſtudiis operam in hoc Gymnaſio navavit, usque ad An. 1564. d. 15. Jun. *Eraſmus Carlewviz* An. 1560. d. 4. Jul. Grimam venit, & Sibero noſtro commiſſus eſt, cujus inſtitutione per quinque annos uſus. Anno vero 1565. d. 23. Maj. publica oratione valedixit, & Siberi integritatem, fidem, & amorem praedicavit. *Sigismundus, & Fridericus, a Lindenau,* fratres An. 1530. d. 7. Dec. Sibero hic loci innotuerunt, quos & literis egregie formavit usque ad An. 1584. d. 23. Jun. *Joannes Minckwviz* An. 1554. d. 20. Mart. a parentibus Sibero concreditus eſt, a quo & doctum, pietate & literis eruditum, receperunt An. 1558. d. 16. Octobr. *Joan. Georg. Jo. Jacob, & Rudolphus, a Ponickau,* fratres, bonae indolis Alumni, & magna in literis diligentia An. 1554. usque ad 1557. Siberum conſtanter audiverunt Praeceptorem, cujus fidem perpetua memoria retinuerunt, ipſi vero patriae commoda promoverunt. *Henricus Schleinitz* An. 1553. d. 13. Dec. Grimam venit, & ab eo tempore Siberum noſtrum in Gymnaſio docentem audivit usque

que ad 1557. d. 10. Febr. *Henricus, & Johannes, a Schoenbergk*, fratres, an. 1553. d. 17. Mart. Alumni hujus Gymnasii facti singularem industriam, Auctore & Duce Sibero, in studiis demonstrarunt, usque ad an. 1556. d. 23. Febr. *Abraham a Zeschau* an. 1562. d. 28. Jun. a Parentibus Grimam missus, & Sibero praeceptore usus, usque ad annum 1565. d. 13. Jul.

b.) Ex discipulis Siberi, qui Theologiae studio se sacrarunt, primus est *VVolfgangus Stolbergius*, Mitvveidae natus an. 1549. d. 18. Sept. patre VVolfgango Stolbergio, scholae primum patriae Magistro, post ibidem Consule. Ab anno aetatis decimo quarto, anno nempe Christi 1563. usque ad an. 1569. bonas artes & literas Grimae didicit sub Rectore Adamo Sibero, & tam egregios fecit progressus in hoc sexennio, ut an. 1572. summos in Philosophia honores Viteinbergae confecutus sit, & primum ad scholae patriae, postea ad Annaebergensis, gubernationem A. C. 1577. vocatus. Abiit ex hac provincia in Eliae Vogelii Diaconi, locum suffectus, & demum Concionatoris metallici partes egit. A. 1601. subita Apoplexia in suggestu correptus obiit. Fidem Siberi nostri saepe multumque praedicavit. vid. Incunabul. schol. Annaeb. p. 119.

Joannes Clajus, Hertzbergensis, primus inter Hertzbergenses Alumnus in hac schola fuit, postea Francosteinensis scholae Collega, tum Goltbergensis, & hinc Northusanae scholae Do-

Digitized by Google

ctor, demum Bendelebii Ecclesiae Pastor. Insignis fuit & excellens poeta, Theologus, & gratus Siberi discipulus. Testatur M. Jo. Fleischerus, Vratislaviensis, in Carmine ad Prosodiam Joannis Claji facto, VVitemberg. an. 1602. scribens:

Sic fecit Clajus teneris sectatus ab annis
Inclyta Pieridum castra favente Deo.
Hunc informavit praestans hac arte Siberus,
Et numeros illi principiumque dedit.
Impiger hinc sese multos exercuit annos
Totus in hoc studio nocte dieque fuit.

Ipse Clajus in praefatione ad Grammaticam Germanicae linguae Lipsi. excus. 1587. in 8. multis verbis declarat, Adamum Siberum suum olim in Gymnasio Grimensi Praeceptorem carissimum fuisse, & gratum animum erga eum demonstrat. Scripta Claji hic addere non piget, quia nullibi fere eo ordine leguntur, & quidem: I. *Poëtica*, quae sunt 1.) Preces ex Psalmis Davidis, atque ex aliis sacrae Scripturae libris. 2.] deinde edidit II. Tomos Poematum sacrorum, quorum prior Meditationes in Evangelia sistit, in lucem editus Lipsiae 1572. 1579. 1586. 1592. Typis Vogelianis. Posterior Meditationes in Passionem, editus Lipsiae 1580. 3.] in Ecclesiasten, Lipsiae 1583. 4.) in Epistolam Pauli ad Romanos. 5.) Hieropaediam seu pias precationes ex Evangeliis anniversariis, Lipsi. 1587. Scripsit etiam in obitum Elector. Saxon. Augusti Epicedia quadruplici lingua, Lati-

Digitized by Google

Latina, Graeca, Ebraica, & Germanica Lipſ. An. 1587. impreſſa. II. *Philologica* 1.) Proſodia, edita VVittembergae 1576. & ibid. 1609. 2.] Elementa linguae Hebraicae. 3.) Grammatica Teutonica, Mersburgi 1627. literis Caſparis Frobergeri, & Lipſiae 1587. in 8. 4.) Lexicon Germanicum, quod ipſum non vidi. 5.] Catecheſin quatuor linguarum edit. VVittemberg. 1578. & ibidem 1594. 6.) Evangelia Germ. Lat. Graec. & Hebr. prodiere cum Catecheſi, Lipſ. 1593. & ſine Catecheſi, Lipſ. 1610. *M. Balthaſar Trautnerus*, diſcipulus, & gener poſtea Siberi noſtri fuit, Diaconi Grimenſis officio functus eſt, de quo jam ſupra in liberis Siberi. Fatetur Laureutius Drabitius, in Carmine nuptiali, quod Siberi diſcipulus fuerit:

Trautnerum quoties non eſt numerare bearum,
Contigerit Suſanna cui, pia nata Siberi
Uxor: nunc gener eſt, qui diſcipulus fuit ante.
Quantus honos: haec Trautnero non ultima laus eſt,

Idem teſtatur Martinus Hoffmannus in Carmine nuptiali hujus Trautneri. *Joannes Vogelius*, Dresdenſis, gratus in Siberum Praeceptorem ſuum fuit, qui ex grati animi nota Pſalmorum Poenitentialium paraphraſin Elegiacam Adamo, pietate & eruditione clariſſimo, dedicavit An. 1572. his verſibus:

Digitized by Google

Discedo, sed enim Dei voluntas
Nos, doctissime distrahit Sibere,
Tu recte valeas, meaeque posthac,
Oro versiculos Tibi dicatos
Agnoscas fidei perenne pignus,
Quod tiro veteri dedit poetae.

Gratulatur huic grato discipulo sponso Siberus noster Carmine nuptiali, quod legitur Libr. V. Epigram. p. 782.

Laurentibus Drabitius, Coldicensis, S. Theologiae Doctor, Antistes sacrorum Chemnicensium, qui sibi gratulatus est de Adamo Sibero, suo olim Praeceptore, in carmine, quod in nuptias Trautneri & Susannae Siberae confecit:

me parvum qui primis artibus ante
Imbuit in ludo, quem Principis alma benigni
Augusti usque fovet vitreas prope Muldidas undas

Receptus est in hanc Scholam An. 1569. d. 21. Mai, & Alumnus Gymnasii fuit usque ad Annum 1576. d. 16. Dec. *Georgius Caldenhöfer*, Schneebergensis, fuit discipulus quondam A. Siberi ab an. 1550. usque 1556. postea Diaconus Ecclesiae Grimensis vocatus, in cujus grati discipuli obitum Epigramma conscripsit Noster, quod Libro II. Tumul. p. 298. legitur:

Qui pueros primum docuit, post vulgus, ad astra
Monstravitque piis, quae sit eunda via.
Caldofero vitam tribuit Schneeberga, thorumque,

Ar-

Digitized by Google

Artes, officium, buſtaque, Grima dedit,
Mens adiit coelos: ſocius calor oſſa reviſet,
Ultima cum ſummo fulſerit hora die.

VVolfgangus Viertelius, Schneebergenſis, natus A. 1544. Diaconus in aede S. Thomae Lipſ. conſtitutus, ubi & An. 1605. mortuus eſt, fuit & eruditus, & gratus Siberi diſcipulus, de quovid. in Chron. Schneeberg. M. Melzerus. Legi quoque poteſt Programma Funebre in Exequiis ejus an. 1605. Lipſiae conſcriptum quod in Concionibus funebribus D. Georgii VVeinrichii P. 2. invenitur.

c) Ex JCtorum numero primus nobis erit, *Nicolaus Crellius*, Lipſienſis qui receptus eſt an. 1568. d. 25. Jul. in noſtram Scholam Provincial. & a. 1571. d. 1. Mart. ex eadem diſceſſit. Hic per tres fere annos Siberi diſcipulus fuit in Gymnaſio noſtro, cui tamen ob turbas quas inter Alumnos ſaepe excitavit, non adeo carus fuit. Saepe enim multumque temeritatem ei exprobravit, & ob interiores animi notas, quas vultu & moribus prodidit, praedixit: *Tu eris aliquando peſtis patriae.* Factus poſt haec J. U. D. Cancellarius, & intimus Chriſtiani I. Electoris Saxoniae Conſiliarius, peſtem omnino patriae intulit, quemadmodum ex hiſtoria temporum illorum de Crypto-Calvinianiſmo conſtat. Cum igitur propter novas molitiones in religione, & praecipue ob ſtatum reipublicae mutandae, & perfidiam multiplicem, in carcerem conjiceretur,

Digitized by Google

tur, diu in eo detentus, Anno demum 1601. Dresdae capite mulctatus est. Conf. Nobilisſ. D. VVeckii Chron. Dresdense p. 314. Hutteri Concord. Conc. p. 1258. Junckeri vitam Lutheri in Numismat. p. 276. itemque Concionem funebrem Nicolai Blumii Dresdae post mortem Crellii habitam, & Lipsiae per Abrah. Lambergum An. 1602. impress. *Joannes Seidelius,* Reipublicae Lipsiensis Consul, & Scabinatus Electoralis Assessor, qui pietate, virtute, consilii dexteritate, & rerum multarum usu atque experientia, meritisque in patriam & Rempublicam, conspicuus fuit. Anno 1561. a Parentibus missus est in ludum Electoralem nostrum, & Siberi institutioni per sexennium traditus, per quod tempus fundamenta artium & lingvarum utilium, Auctore Adamo, probe jecit, ejusque testimonio dignus judicatus est, qui in Academiam, tanquam ad uberioris literaturae mercaturam, mitteretur. Hic per totam vitam gratus in Praeceptorem suum fuit, ejusque fidelem institutionem praedicavit, vid. Programma ejus funebre Anno 1604. Lipsiae scriptum. *Joannes Teutschius,* Schneebergensis, Praefecturae Grimensis Praefectus, discipulus olim Siberi fuit, scientia in negotiis publicis conficiendis praeclarus, de quo habet Dn. M. Meltzerus in Chron. Schneberg. *Laurentius Peccenſteinius,* Filius Blasii Peckensteinii, qui Oeconomus nostrae schelae fuit, & hoc munus a 1556. suscepit, civis antea & Judex ordinarius

cp-

oppidi Grimmae, olim vero a scripturis & re familiari Excellentissimi Joannis a Ponickau, primarii Consiliarii Electoris Saxon, de quo vide annal. MSS. scholae nostra p. 29. Adami nostri in hoc Gymnasio quondam discipulus fuit Laurentius, industria & modestia se commendans, & multa ab eo se didicisse fatetur in Theatr. Saxon. P. III. p. 72. ubi gratum suum animum pro fideli institutione declarat. Ipse Praefecturae Schliebenensi postea est praefectus, & non tantum scientia negotiorum publicorum, sed & egregia Historiae patriae cognitione, magnam nominis famam sibi comparavit. Testantur hoc monimenta historica in publicam lucem emissa. Edidit enim Theatrum Saxonicum, Germanice Jenae an. 1607. fol. impressum, de quo vid. Excellentiss. Struvium in Biblioth. Historica p. 565. Item Familiam VVittikindeam, compendio Historico illustratam, Germanice descripsit Jenae 1597. fol. Chronicon Gleichense Jenae 1607. fol. Chronic. Schvvarzburgense, quod & in Part. III. Theatr. Saxon. continetur. Plura sunt, quae hic omitto.

d.) *D. Hieronymus Nymann*, Torgensis, Medicinae Prof. Publ. in Academ. VVitemberg. discipulus quondam Adami nostri fuit ab Anno 1569. d. 27. Jan. usque ad An. 1574. d. 26. Junii, & bonarum artium scientia exornatus ex schola ejus prodiit, gratoque semper animo fidelis sui Praeceptoris merita praedicavit, conf. Sennerti Athenas Vitemberg. p. 140. Huc re

feren

ferendus est *Tobias Tandlerus*, qui Medicinae Doctor & P. P. in eadem Academia fuit, de quo Beatus Andreas Cunadus in Concione supra citata commemorat, quod discipulus Siberi fuerit.

e.) *Paulus Didymus*, natus erat Torgae, parente Viro Reverendo & Doctissimo Dn. M. Gabriele Didymo, Ecclesiae illius Pastore, & Antiste Sacrorum, & magno nostro Luthero, primo sincerioris doctrinae restauratori, cum primis familiari. Pater igitur postquam animadvertit, in filio elegans & culturae capax ingenium latere, diligentissime eum primo in schola patria, deinde in ludo illustri ad Muldam, tum in pietatis, tum in liberalium disciplinarum studio, informari curavit. Filius disciplinam Praeceptorum, & inter hos maxime *Adami Siberi*, patienter & grata mente admittens, ita feliciter, Deo labores docentium, & studium discentis secundante, profecit, ut intra paucos annos beneficiariis Sereniss. Septemviri Saxon. Augusti in Academia Lips. accenseretur. Cum insignem de se & pietatis & industriae spem praeberet, mox ab Academiae Jenensis Professoribus in numerum & ordinem Collegarum cooptatus est, in qua Academia per annos octo professionem Rhetorices & Poetices cum magna suorum Collegarum laude, & auditorum admiratione, & utilitate, sustinuit. Reliquit inter alia ingenii sui monimenta praeclara Carmina

Sio-

by Google

Sionia, s. pias in Evangelia meditationes impressi. Vitembergae 1585. in 8. Epigramma in haec fecit Adamus.

Aegyptum Didymus spoliavit Paulus, & inde
Abstulit in templum, quae placuere, Dei.
Divinus juvenis: quem ni fera fata tulissent,
Quantus adhuc culto Carmine, qualis erat,
Qui tamen haud inter postremos fulget in alto
Noctiferi veluti stella serena poli.

In mortem ejus fecit noster Epicedium, quod legitur in libr. Carmin. Sion. p. 378.

Adamus Theodorus Siberus, filius Adami, Profess. Eloq. in Acad. Vitemb. etiam ex doctrina Patris prodiit, cui omnem eruditionem suam acceptam retulit, de quo jam supra in libris Adami dictum est. *Joan. Nebelthau*, Schneebergensis, fuit diligens discipulus Siberi, ab An. 1559. usque 1562. S. S. Theol. Baccalaureus tandem Professor Ebraeae lingvae in Academia Lipsiensi constitutus, saepe fidelissimi Praeceptoris beneficiorum memor fuit, conf. Chronic. Schneeb. p. 591. *Joannus VVanckelius*, Histor. P. P. in Acad. Vitemb. fuit. Adami nostri discipulus, recept. 1566. d. 13. Jun. valed. 1571. d. 15. Mart. vid. Sennert Athen. Vitemb. p. 144.

f.) *M. Jacobus Furmannus*, Libenvverdensis, Tertius factus schol. Provincialis Grimensis A. 1583. post mortem vero A. Siberi An. 1584. ex Tertio factus Rector ejusd. scholae

lae & tandem ad Rectoratum Scholae Vitebergenſis vocatus. Ex Scholaſ in Academiam venit, & Profeſſor Poeſios, & Graecae lingvae conſtitutus, vid. Sennert. Athen. Viteb. p. 148. & 142. an. 1578. Blandinam Siberi filiam in matrimonium duxit, quod Carmina votiva, nuptiis conſcripta, docent excuſa Lipſ. ap. Jo. Rhambam an. 1578. Hic grata in Siberum Praeceptorem & ſocerum mente ſcribit in Epiſtola Dedicatoria ad Margar. Scholaſt. Siberi: Equidem licet me cum aliis non comparem, nec comparari poſtulem, tamen gaudeo mihi Siberum obtigiſſe Praeceptorem, cui, quicquid habeo, quantulumcunque ſit, ex ſtudiis eruditiunculae, acceptum, refero. Neque tamen aliis quicquam detraho &c. Idem phraſes ex Tibullo & Propertio, collectas a Georg. Trepta, edidit 1583. 8. Lipſ. & ſingulis verſus integros ſubjecit. In Dedicatione Ad. Siberum, ludi illuſtris ad Moldam Rectorem, Praeceptorem & Socerum perpetuo colendum veneratur, cujus hortatu, ut & fratris Henrici, ad verſus ſingulos ſubjiciendos incitatus fuit. *Martinus Hayneccius*, natus eſt Bornae, die Laurentii d. 10. Aug. An. 1544. Parentibus ſatis honeſtis. Pater fuit Clemens Hayneccius, qui primum Ludimoderator, poſtea Conſul hujus oppidi factus eſt, doctus admodum vir, & Matheſeos peritus, mater fuit honeſtatis & caſtitatis laude inſignis. An. 1556. tradiderunt eum fidei & diſciplinae Adami Siberi

ri, noſtri Gymnaſii primi Rectoris, cujus fide & doctrina per totum ſexennium uſus eſt, & diligentem ſe praebuit probumque alumnum. Lipſiam poſtea migravit, ibique in ſtudiorum curſu tam feliciter progreſſus eſt, ut brevi ſummos in Philoſophia honores impetraverit. Inde Leiſnicenſes eum moderatorem ſcholae ſuae vocarunt, poſtea diſceſſit Chemnicium, ubi per quatuor annos munus Rectoris in ſchola ſumma cum laude adminiſtravit. Ibidem etiam in matrimonium duxit Chriſtianam Bacmeiſteram, cum qua in connubio quadraginta annos vixit, & novem ex ea liberos ſuſcepit. Mortuo eodem tempore Chriſtophoro Schellenbergio, Gymnaſii hujus Tertio Collega, ejus locum obtinuit, & Collegas habuit Adamum Siberum, ſuum olim Praeceptorem, Jo. Schreinerum, & Jo. Reinmannum, per octo annorum ſpatium. Cum, editis in lucem eruditis ſcriptis, inclareſceret nomen ejus, a Sereniſſimo Palatinatus Septemviro, Ludovico, Ambergam vocatus eſt, ibique Electoralis Collegii Rector conſtitutus. Poſt mortem vero indulgentiſſimi hujus Septemviri diſcedere maluit, quam odium & obtrectationem ſacramentariorum, denuo ortorum, in ſe derivare. Impetrata dimiſſione a Jo. Caſimiro, Adminiſtratore Septemviratus Calviniano, & viatico donatus, in Miſniam ſe recepit, & per ſesqui annum privatim Rochlicii, miſere quidem, vixit, usque dum an. 1585. Brunſvicenſes eum ad ſe vocarunt, & Rectorem ſcholae Martinianae conſtitu-

tuerunt, apud quos per tres fere annos commoratus est. Anno 1588. Sereniſſimo patriae Patri, Chriſtiano primo, Saxoniae Electori, Martinum in Miſniam revocare, eumque priſtinae ſcholae praeficere placuit, in qua fides & diligentia ejus jam dudum innotuerat. Factus eſt itaque Gymnaſii noſtri Rector, in quo munere viginti duos annos fide, qua debuit, induſtriae ſtudio, quanto potuit, laborum ſucceſſu, quo divina gratia eum auxit, verſatus eſt. Sic per quadraginta annos diverſis in locis juventutem in ſcholis docuit. Senex factus, deficientibus animi & corporis viribus, ſudore ſcholaſtico, & crebris mutationibus, defatigatus, ob aetatem vacationem a munere ſuo impetravit ab Electore Sereniſſimo, qui de annuo ſtipendio liberaliter ei proſpexit. Proinde lampada ſucceſſori tradidit, & Collegis ſuis, itemque Alumnis, valedicens domi ſuae privatim vixit, usque ad annum 1611. quo 28. Aprilis hoc in loco mortuus, & poſtea in templo ſcholae provinciali contiguo ſepultus eſt. vid. Concionem ejus funebrem, Lipſiae anno 1612. impreſſam ap. Tobiam Begerum, quam habuit ſacrorum Grimenſium Antiſtes, M. David Arras. Epitaphium, quod ſibi ipſe fecit Martinus Hayneccius, & in templo noſtro ſub ejus effigie, prope altare, ſcriptum, legitur, hoc eſt:

Me puerile decus, fiſum tibi, Chriſte, Regenti
Lustra domi, peregre fecit ad octo ſenem.
Saepius infrendit mundus, caro, truxque Satanas,

Sae-

Digitized by Google

Saepius afflatu numine, Christe, tuo,
Munde, caro, Satanas, vos orci stagna, beati
Ad coeli Christus me sua regna vocat.

Testamentum M. Hayneccii defuncti, quod ipse vivus dicavit suis d. 16. Jan. anno 1596. legitur in Concione funebri citata, ubi Symbolum suum domesticis suis commendat:

Mens pia, mens prudens, patiens os, ferre, silere,
Vos ductuque ornent amplificentque Patris.

De quo Symbolo Hayneccii gener ejus, M. Jo. Schoene, scholae hujus oppidanae Rector, ita scripsit:

Pietate, prudentia, patientia.
Cui P. P. P. rexere aevum, sortemque animumque,
Nunc jacet extinctus, plangite Moldaides!
Insigni vobis Patrono quippe carendum est,
Vestro qui potuit plurima ferre choro.
At decus Aonidum, Latiaeque medulla loquelae,
Firma columna domus nunc abit in cineres.
Dura dolenda nimis, quae si patientia vincat
Mens pia, mens prudens, dura dolenda minus.

M. Franciscus Kessius, Con-Rector Gymnasii Grimensis, habuit quoque filiam Hayneccianam in matrimonio, cujus Carmina in obitum soceri ibidem exstant. Plura de Hayneccio in

Annalibus ſcholae noſtrae MSS. leguntur. Conf. Summe Reverendi D. Ludovici Hiſtoriae ſchol. P. V. p. 237. ubi plura de Martino habet, & ejus encomium, quod grato animo de Siberi informatione reliquit. Scripta Hayneccii ex modo citato Auctore haec ſunt: 1.) Almanſor, ſ. ludus literarius, Comoedia, ex recenſione prima Lipſ. 8. 1578. ex recenſione ſecunda Lipſ. 1588. (teutſch durch Klauber, Baſel 1590. 8.) 2.) Hanſoframea ſ. Momoſcopus, Comoedia. Lipſ. 8. 1581. ib. 1604. 8. 3.) Apobaterium, cum Adami Siberi propemtico, & Jacobi Furmanni apopemtico, editum Lipſ. 4. 1583. 4.) Exequiae ſanctis manibus illuſtr. & Chriſtianiſſ. Principis Ludovici Com. Pal. ad Rhenum Ducis Bav. dicatae. Amb. 4. 1583. 5.) Oratio Panegyrica ad ſolennitatem natalitiam tam illuſtriſſ. Principis Friderici IV, quam Ludi Provincialis Ambergenſis. Amb. 1554. 4. 6.) Epithalamion in honorem D. Joh. Oberndorfferi Med. artis Doctoris & Reip. Ratisb. a Curationibus. Amb. 1584. 7.) Ludus Literarius Brunovicenſis Martinianus, continens Orationes tres ſcholaſticas, de diſciplina ſcholaſtica, de ſtilo puerili, de peregrinatione ſcholaſtica: item aphoriſmos Scholaſticos Matthefianos. Baſil. 1588. 8. 8.) Terentius ex editione Martini Hayneccii Lipſ. an. 1592. 1606. 1624. 1634. 8. 9) Medulla Tulliana in L. L. C. C. per Libros VI. digeſta, Lipſ. 1594. 8. 10.) & M. T. Cic. ſelectiſſimae ſententiae, Apophthegmata, Similia,

pie

pie dicta &c. Lipſ. an. 1595. 8. 11.] Enchiridion Ethicum, Compendium Moralium praeceptorum e triplici virtutum ac officiorum genere, pro pueris confectum, & adultioribus profuturum, cum argumentis & notis marginal. Lipſ. 8. 1594. & Hanov. 1612. 8. 12.) Enchiridii Ethici pars altera Lipſ. 8. 1600. 13.) Soteria aeterna S. Crucis ex Scriptura Patribusque Carmine reddita, Lipſ. 1603. 8. 14.) Hanß Pfriem und Meiſter Geck, Cölln, An. 1609. 8. 15.] Medulla Terentiana ſ. Fructus Terentiani, Sententiae Ethicae, Politicae, Oeconomicae &c. ex Comoediis P. Terentii, Lipſiae an. 1608. 1625. an. 1634. 8. *M. Jacobus Lindner*, Mittvveydenſis, Grimae, in ſchola Electorali, educatus & formatus bonis artibus ab Adamo Sibero. Factus poſtea Rector Scholae illuſtris Portenſis, quo in officio praefuit adoleſcentibus ad annum 1588. quo dimiſſus clementer ſe Numburgum, ubi ſuam habebat domum, contulit, & ibidem Conſulis partes praeter opinionem delatas ſuſcepit. vid. Juſtini Pertuchii Chronic. Portenſ. p. 162. ſeq. Surrogatus in locum Jacobi Bartholomaeus VValther, Pirnenſis, qui ſecundo poſt anno mortuus eſt. VValthero denato, revocatus M. Jacobus Lindner ab officio Conſulis ad munus Rectoris ſuſtinendum, anno 1592. Quo in munere permanſit Jacobus usque ad annum 1601. quo ob virium defectum abdicavit ſe officio ſexagenarius & emeritus, conſtitutis ad vitae ſuſtentationem 110. florenis ab oeconomo

quotannis ſolvendis. *Chriſtophorus Bodenſtein*, Schneebergenſis, Scholae VV ziebianae, quae eſt Roſaelibii ad Oneſtrum, Rector, ad quod munus an. 1602. vocatus eſt. An. 1583. Siberum primum audivit in hoc Gymnaſio docentem. vid. Chron. Schneeberg. p. 602. *Johannes Schellenbergius*, filius Chriſtophori an. 1579. d. 1. Mai. diſciplinae Adami noſtri traditus eſt, quem etiam usque ad an. 1584. audivit. Primum Rector ſcholae oppidanae Grimenſis, poſtea Freibergenſis, de quo vide ſupra in liberis & nepotibus Siberi.

g.) *Georg. Trepta*, Jo. filius, avunculus G. Fabricii. Huic G. Fabricius Elegantias ſuas Poeticas ex Ovidio, Tibullo, Propertio, Carmine dedicavit, in quo ad pietatis ſtudium graviter ipſum, diſciplinae Siberianae tum Grimae Alumnum, exhortatus eſt. vid. Cel. Schreber. p. 12. conf. & p. 180.

Accipe Trepta puer, quae nunc tibi munera dantur
Parva, ſed a ſtudiis non aliena tuis.
Nam quia Pierias aſſuetus es ire per artes
Addere noſtra aliquam cura laborat opem.
Haec tu cum docti diſcas ex ore SIBERI
Admonitu ceſſet litera noſtra ſuo.

Balthaſar Cruſius ſic ſcribit in Carmine ad nuptias Jacobi Furmanni de ſe, diſcipulo olim Siberi, bene de ſe meriti:

Theſpia cum tecum ſequerer duce caſtra Sibero, Te

Te, Furmanne, mihi junxit amore schola.
Nam mihi laudatus nunquam satis ille *Siberus*,
Laudandus versu, non recitandus erat.

Martinus Hofmannus, VVerdensis, in Carmine, quod in felix Connubium M. Balthassari Trautneri, Susannam Siberi ducentis, confecit, laudat A. Siberi, Praeceptoris sui in se, & Trautnerum, merita:

Qui pietate simul praecellit, & arte, Sibero,
Adde, puella quod haec est genitore sata,
Qui carusque Deo vates, Phoeboque poeta,
Eximium culto Carmine nomen habet,
Tramite qui doctas primo ambos duxit ad artes,
Officii instruxit nos & ad omne genus.
Pro quibus haut unquam, tribuit quae munera nobis,
Reddere ei pretium possumus aequivalens.

XXVI. Nemo facile eruditorum ejus aetatis fuit, qui non Siberum nostrum, ob egregiam hanc pietatis, eruditionis, humanitatis, & industriae, laudem, amicum sibi & familiarem exoptârit, & vel cum eo quotidie versari, & de variis rebus, ad bonarum artium studia pertinentibus, conferre, vel literarum commercio & colloquio instituto, ejus suavitate & humanitate frui laboraverit. Exemplis rem de-

Digitized by Google

clarabo, & quidem virorum praeſtantiſſimorum, quibus iis temporibus nihil prius, aut antiquius, fuit, quam noſtrum debito honoris & amoris officio proſequi, & frequentioribus literis, amicitiae & conjunctionis teſſeris, ejus ſibi pariter amorem & humanitatem conciliare. Quibus vero ſe nunquam difficilem & moroſum; ſed potius humanum benevolumque praebuit, &, occaſione data, merita & officia uniuscujusque praedicavit. Producam Theologos ejus aetatis celeberrimos, Philippum Melanchthonem, Hieronymum VVellerum, Paulum Eberum, Iuſtum Ionam, Nicolaum Selneccerum, Ioannem Gigantem, Nicolaum Hauſmannum, Caſparem Starckium, Chriſtophorum VVincerum, Paulum Lindenam. a.) *Et ICtos dignitate & eruditione claros, Paulum Vogelium, Andream Mylium, Laurentium Finckelthuſium, Nicolaum Reuſnerum, Stephanum Rothium, Abel. Straſburgum,* b.) *Medicos quoque, arte ſua & varia rerum ſcientia inſignes, Georgium Agricolam, Caſparem & Ioannem Naevios, Hennigium Paxmannum, & VVolffgangum Meurherum.* c.) *Quibus adjungam merito praeclaros Profeſſores, bona-*

Digitized by Google

narum artium & Philosophiae studia in Academiis docentes, nempe Ioachimum Camerarium, Io. Sturmium, Davidem Chytraeum, Io. Stigelium, Gregorium Bersmannum, Petrum Lotichium, Georgium Sabinum, Io. Schoefferum, Io. Oporinum, Bernardum Zieglerum, d.] *& eos pariter, qui in Gymnasiis Scholisque teneram juventutem praeclare instituerunt, bonisque artibus imbuerunt, Io. Rivium, Iobum Magdeburgum, Georgium Fabricium, ejusque fratres, Blasium, & Iacobum, Matthiam Marcum Dabercusium, Basilium Fabrum, Iosephum a Pinu Auerbachium.* 9.)

a,) Amicos sibi fecit Adamus morum elegantia complures, plurimos doctrina, qua florebat, sibi devincire laboravit, cum quibus frequens literarum, ut & Carminum, commercium aluit. Primo loco merito posuimus *Philippum Melanchthonem.* Hic, ut nemini non constat, unus est, qui jure totius Germaniae, & praesertim Misniae Praeceptor appellatur, Brettae natus Anno 1497. d. 16. Febr. in oppido Palatinatus inferioris. Tubingam primum, deinde Vitembergam, nominis & doctrinae suae fama nobilitavit, fidus Lutheri Parastata, cui divinitus adjutor datus est, de quo legendus est Joachimus Camerarius, qui vitam ejus exposuit, quam no-

mo accuratius, nemo melius, hoc Viro, enarrare potuisset. Extat etiam Martini Mylii, qui fuit Collega docentium in schola Goerlicensi, Chronologia scriptorum Philippi Melanchthonis, Goerlicii cum effigie An. 1582. in 8. excus. in qua multa singularia de hoc viro occurrunt. Legendus pariter est Adamus in Vit. Theol. p. 159. Freherus in Theatro fol. 183. Thuanus L. XXVI. p. 1200. & alii. Hic industrius, lenis, blandus, comis, liberalis, facundus, pius, sobrius, integer, officiosus, addo etiam, autoritate praeditus, denique nullis non virtutibus praeter excandescentiam & timiditatem, ornatus fuit. Parentis loco noster Adamus hunc Philippum habuit, cum videret se filii loco ab eo haberi. Testatur id satis Adamus in Dedicatione libri Epinicion ad Philippum Melanchthon, facta, Part. I. Poemat. p. 234. ubi inter alia sequentia apposuit:

Cui tamen ista damus? Tibi, docte Philippe, Parentis
Quem colimus merito Musica turba loco.

Philippus contra filii loco Adamum habuit ob insignem eruditionem, quam probavit Vvitembergae, & postea Epistola, Psalterio Adami praemissa, id declaravit, supra adducta, quae probat veram amicitiae significationem. Declaravit & Philippus amicitiam cum Adamo contractam in Epistola ad Christophorum Schellenbergium, anno 1559. d. 11. Sept. Annam Siberam, Adami filiam, uxorem ducentem: Tibi etiam, & socero,

Digitized by Google

„cero, gratulor hoc Dei beneficium, quod simi-
„li labore, utilissimo Ecclesiae & politiis, tan-
„quam παρασάται vivitis. Accederem ad Hy-
„menaeum, nisi reditum aulae expectare coge-
„remur. Speramus autem intra triduum, Deo ju-
„vante, Ducem Saxoniae Electorem cum Co-
„mitatu adfuturum esse. Mitto γαμήλιον,
„quod pudicissimae tuae sponsae exhibeas meo
„nomine. Salutem & socero, & vobis omnibus,
„opto. Bene vale, die nono Sept. 1559. conf.
„Christoph. Schellenb. Carm. Nupt. in 8. In Tumulum Phil. Melanchthonis doctorum Phoenicis, sui quondam Praeceptoris, & Amici constantis, fecit Adamus Carmen, quod legitur Libr. Tumul. P. I. Poemat. p. 605. & laudes Philippi continet, ejusque obitum deplorat:

Doctrinae Aonidumque decus, tellure petisti
Indignus, celsi tecta, Philippe, poli:
Et verbo, quod lingua, animo, calamoque fe-
rebas,
Laetaris vultu jam propiore Patris:
Qua Deus, innumera circum se dante corona,
Maximus in sancta praesidet ipse schola.
Felix morte tua: nos infelice, Melanchthon,
Es quibus ereptus, conditione sumus.
Amplius audimus qui non sacra verba lo-
quentem,
Unus dum juvenes instruis atque senes,
Ut fons, transit iter populi qui vertice montis
Decurrens, multis dividit unus aquas.
Te non Bretta modo, Parnaside clarior Aera,
non

Non qui Leucoreos dividit Albis agros.
Sed quicunque pius, qui doctus cunque parentem
Luget, & indignis fletibus ora rigat.
In poſtrema inter quos parte *Siberus Adamus*
Haec tibi pro dulci *gratus amicitia*.

In honorem Philippi fecit & noſter Epigramma, quod legitur Libr. II. Epigr. Poem. P. I. pag. 509. in quo eum Phoenicem Doctorum appellat: initium carminis & finis eſt,

Phoenix aves quod inter,
Ille unicus volucrum,
Doctos viros bonosque,
Philippus eſt Melanchthon. &c.

In corpus doctrinae Chriſtianae Philippi elegans quoque Carmen conſcripſit Noſter, quod in Poematibus apparet. Singularis quoque amicitiae Philippi teſſeram colliges ex Georgii Richteri libello Criſeon Melanchthoniarum pag. 3. ad quem deducit nos Maxime Reverendus Olearius in Scrinio Antiquitat. p. 237. *Hieronymus VVellerus*, Theologiae Profeſſor, Gymnaſii Freibergenſis Ephorus, factus Doctor Theologiae Vitembergae ipſo D. M. Luthero Decano Ao. cIↃIↃxxxv. die Crucis. Hic ob ſingularem prudentiam, & in adverſis conſtantiam, egregius fuit. Diſceſſu Rivii, ſemeſtri circiter ſpatio, Rectoris vicibus in Gymnaſio Freiberg. functus eſt, cui poſtea ſucceſſit Adamus Siberus.

Mor-

Digitized by Google

Mortuus est anno cIↃ IↃ LXXII. aetat. LXXIII. postquam per ipsos XXII. annos Theol. Professor, Inspector vero Gymnasii per annos XXXII. fuerat, de quo Mollerus in Chronic. Freiberg. P. I. p. 296. Quenstedt. de Patr. illustr. Vir. p. 224. Frehcrus in Theatro f. 232. Godofr. VVagenerus in Serie Colleg. Gymnas. Freiberg. Opera VVelleri & Latina, & Germanica, duobus voluminibus studio M. Frider. Laemmelii Lips. 1702. f. prodierunt, qui & vitam VVelleri eleganter concinnatam edidit Lips. an. 1700. conf. Reinh. Henr. Rollii Biblioth. Theol. Nobb. p. 266. Cum hoc Adamus Freibergae jam contractam amicitiam absens etiam constanter coluit, &, ob magni nominis splendorem, aestimavit. Libr. I. Aeolostich. p. 406. laudat VVellerum Noster, tanquam Patronum literarum & artium, quae eo tempore Freibergae non magno in pretio erant, ut supra ex Epistola Adami citata audivimus, qua favorem ejus in se praedicat:

Quod bene vis studiis, in qua traduntur & artes,
Non clausa est curis area docta tuis.
Rem facis haud spernens, VVellere Hieronyme, Musas,
Qua non est nostro tempore rara magis.
Scilicet indignum credis sapiente bonoque
Judicium vulgi, stultitiamque sequi,
Et de sublimi Musas contemnere, quarum
Hoc quod habes clarum munere nomen habes.

Scri-

Scripta VVelleri laudibus quoque extollit Noster Epigrammat. Libr. III. p. 566. ob quae magnam gratiam Deum ei tributurum affirmat. In Tumulum Hieronymi Carmen elaboravit Adamus, in quo obitum ejus deplorat, &, hoc jam mortuo, omnem perituram esse templis Concordiam existimat, eique amico singulari suprema dona mittit, Libr. II. Tumul. p. 309. scribens inter alia:

Quo moriente omnis periit concordia templis
Quae celso spectat Parrhasis Ursa polo.
Fortunate senex, tibi habe haec suprema *Siberi*
Dona, & ave nobis, perpetuumque vale.

Confer Carmen Adami in laudem Freibergae supra a me adductum. In Epistola ad D. Andream Mylium an. 1572 scripta, praedicat amicitiam VVelleri: Ecce dum haec ad te exaro, redduntur mihi amici literae, inquibus scribitur, in salinis Saxonicis Jacobum Fabricium, & Freibergi, Hieronymum VVellerum, Theologum, extinctos esse. De eodem igitur oleo & opera etiam in horum optimorum amicissimorumque Virorum amicitiam adjicientes aliquid manibus sanctissimis gratulemur. *Paulus Eberus*, Kittingensis Francus, qui Vitembergae in Academia primo Eloquentiam, & mox Matheseos, tandemque sacra docuit. Onaldinam Controversiam, jussu Georgii Friderici Brandenburgici composuit. VVormatiensi,

Digitized by Google

si, itemque Altenburgensi colloquio interfuit, ex quo posteriore redux an. 1569. aetat. 58. decessit, vid. Melch. Adami in Vitis Theol. f. 204. Quensted. de patriis illustr. Viror. p. 171. Freherus in Theatro f. 219. Fechtius in apparatu, p. 68. Hoc A. Siberus amico integerrimo usus est, eumque semper magni aestimavit, quod ipse testatur Libr. VI. Epigrammat.

Solvimus exequias Paulo, cui nomen Ebero,
Jus quod amicitiae candor & ipse jubet.
Huic ortum Kizinga dedit, contermina Moeno,
Viteberga decus contulit ingenii.
Sancte Luthere, tuos monitus ubi combibit aure,
Et sectatus iter, Dive Philippe, tuum est.
Nunc, sedes fuerat quae vivo, Leucoris ossa
Urbs tenet, in coelo mens videt ora Dei.

Justus Jonas, Northusanus, qui Theologiae Professor in Academia Vitembergensi fuit, & Ecclesiae simul ibidem Pastor. Postea quoque Halae docuit, certus Lutheri amicus, de quo Adamus in Vit. Theol. Chytraeus in Chronic. Saxon. Camerarius in vita Melanchton. Hoc Jona usus est Praeceptore Siberus in Academia Vitemberg. sicut in Carmine MSC. supra laudato, praedicat ad Steph. Rothium, quod Jonam, grandia verba fundentem, Vitembergae audiverit. Proinde in obitum ejus, ob favoris & amicitiae constantiam, Carmen confecit, quod legitur libr. Tumul. p. 598.

Se

Sepulchri venerare marmor hujus,
Quo Jonas cubat ille Juſtus, ingens
Muſarum decus, & Magiſter.
Hunc Northuſa dedit: docentis ora
Eſt miratus, & approbavit ipſe
Lutherus, Sala paterque flent ademtum,
Omnes judicii elegantioris
Et bonique viri piique: coelo
Ille colloquio Dei receptus
Et Chriſti fruitur beatus ore.

Nicolaus Selneccerus, natus in oppido Herbruck, non procul Norimberga, an. 1532. Vitembergae, duce Phil. Melanchthone, didicit, juxta ac docuit, quin & in aula Saxonica tempore Auguſti. Hinc Lipſiae, tandemque inſidiis Crypto Calvinianorum appetitus, Hildelshemii, redux tandem Lipſiam, Antiſtes Sacrorum facto de ceſſit a. 1592. cujus ſcripta in IV. Tomos digeſta extant. Hic omni loco & tempore Adami noſtri, ejusque liberorum, memor fuit, & quovis modo amicitiam cum eo ſervare contendit. Huic rei teſtimonio eſſe poteſt Carmen in nuptiis M. Jacobi Furmanni, Blandinam, Adami noſtri filiam, uxorem ducentis, Anno. 1578. d. 17. Feb. a Selneccero confectum, quod legitur in Carminibus nuptialibus Furmanni, in quo amicitiae Siberianae ſaepe meminit. In laudem quoque ejus conſcripſit Carmen Adamus, quod apparet Libr. I. Epigrammat. p. 562. cujus initium:

Pythagorae in dubium ſi quis decreta vocaſſet,
A ſociis αὐτὸς accipiebat ἔφα.

Cur

Cur non, cur αὐτὸς sit ἔφα Selneccere, nobis
Qui nescit vana fallere voce, Deus.
Tu pugna verbo, quo terra polusque tremiscunt,
Victor eris, repetens fortiter αὐτὸς ἔφα.

Saepe Grimae apud Nostrum fuit Selneccerus, profectus Alumnorum ex mandato Principis exploraturus, eumque ob fidem & dil gentiam in munere suo maxime laudavit, de quo Annales schol. nostrae MSS. testantur. *Joannes Gigas*, Northusae natus, qui primum in Valle Joachimica, & schola Portensi elegantiores literas docuit, postea in Silesia, & quidem Eccl. Freistadtianae Praeses factus, & an. 1581. mortuus est, de quo v. d. Adamus in vit. Theol. f. 252. Frisius in Bibliothec. f. 445. Cum hoc Siberus intimam coluit amicitiam jam in annis Academicis Vitembergae contractam, quae usque ad seniles annos duravit, prout ipse Adamus Libr. 3. Epigram. p. 571. eandem laudat:

Ecquid adhuc remanet nostri tibi cura Siberi,
Et juvat interdum Te meminisse tui.
Nec jam non in Te est mihi, quae fuit ante, voluntas,
Inque tui nostro pectore durat amor,
Duret: in hac vita locus & quia separat, olim
Nos campis rursus jungat in Elysiis.

Nicolaus Haussmannus, Freibergae natus, qui sexagenario major ad Freibergensem Ephoriam Schneeberga evocatus, & Dominica II. Tri-

nitat. verba in Concione ſacra ad populum habiturus Apoplexia mortuus eſt, de quo Lutherus Tom. VII. Vitemberg. f. 392. f. Jenenſ. German. f. 234. conf. Molleri Chronicon Freiberg. p. 227. Cum hoc Freibergae adhuc degens Adamus conjunctiſſime vixit, & amicitiae vinculum interruptum ſemper ob egregiam pietatem & juſtitiam ejus ſervavit, quod teſtatum fecit Carmine in obitum ejus an. 1539. conſcripto, quod legitur apud Tob. Schmidium Chron. Cygn. p. 389.

Quo nec major erat quisquam pietate, fideque,
Nec rectis ſtudiis, juſtitiaque prior.
Cura ſalutiferum cui ſpargere maxima verbum
Et bene commiſſas paſcere ſemper oves.
Hoc tua conduntur, pie, membra, Hauſmanne, ſepulchro,
Mens capit in vero gaudia vera Deo.

M. Caſpar Starckius, Lipſienſis, Paſtor & Superintendens Eccleſiae Ilenburgenſis, Carmina ſacra Lipſ. 1593. impreſſa evulgavit in 4. quibus Noſter, in amicitiae verae notam, praefixit Epigramma. *Chriſtophorus VVincerus*, ſ. ut eum vocat Adamus, *Ampelurgus*, Theologus pius & eruditus, Paſtor & Antiſtes Eccleſiae Grimenſis an. 1574. factus, cujus amicitiam & praecipue ſcientiam literarum Ebraicarum laudibus extollit Noſter, ſibique multum profuiſſe ingenue fatetur in Dedicatoria Epiſto-

la

la Commentarii scholastici in Psalterium totum Davidis, an. 1580. scribens: Adjumenti mihi „non parum attulit Christophorus noster Ampelurgus, qui Pastorem apud nos egit Ecclesiasticum, & ante annos aliquot lue pestifera extinctus est. Quia enim vir ille Ebraicarum literarum scientia, ut quisquam alius instructus erat, multos nobis obscuros saepenumero, & pro „Concionibus sacris, & privatim, locos, explanavit. Institutionis quidem certe pietatis, qui „est Psalmus 119. Dispositio tota est illius, cui „ego verba idonea sententiasque accommodavi. Hoc ideo scribo: quod & ingenui animi „est, non dissimulare, per quem profeceris, & „gratam mihi memoriam praestandam putavi „amico, quo ego virum meliorem, & Theologum magis disertum, & experientiorem non „cognovi, dignum vita longiore, sed immortali „digniorem. Factum est autem, ut & quae accepissem auditu ab Ampelurgo, & lectione aliorum cognovissem, ea omnia in animadversionum observationumque libellos referrem. In tumulum ejus sequens fecit Carmen An. 1575. V. Kl. Novemb.

Haec Christophori frigida corpus Ampelurgi
Tenet urna, sui notitiam, Deique habentis,
Annis tribus & per duo lustra bis docendo
Praebuit operam qui tibi, Grima, quam Camoenis
Sedem Deus hoc tempore consecravit, & vir
Si quis pote dici, bonus, & bonus diserto

Non qui Leucoreos dividit Albis agros.
Sed quicunque pius, qui doctus cunque parentem
Luget, & indignis fletibus ora rigat.
In poſtrema inter quos parte *Siberus Adamus*.
Haec tibi pro dulci *gratus amicitia*.

In honorem Philippi fecit & noſter Epigramma, quod legitur Libr. II. Epigr. Poem. P. I. pag. 509. in quo eum Phoenicem Doctorum appellat: initium carminis & finis eſt,

Phoenix aves quod inter,
Ille unicus volucrum,
Doctos viros bonosque,
Philippus eſt Melanchthon. &c.

In corpus doctrinae Chriſtianae Philippi elegans quoque Carmen conſcripſit Noſter, quod in Poematibus apparet. Singularis quoque amicitiae Philippi teſſeram colliges ex Georgii Richteri libello Criſeon Melanchthoniarum pag. 3. ad quem deducit nos Maxime Reverendus Olearius in Scrinio Antiquitat. p. 237. *Hieronymus VVellerus*, Theologiae Profeſſor, Gymnaſii Freibergenſis Ephorus, factus Doctor Theologiae Vitembergae ipſo D. M. Luthero Decano An. cIↃIↃXXXV. die Crucis. Hic ob ſingularem prudentiam, & in adverſis conſtantiam, egregius fuit. Diſceſſu Rivii, ſemeſtri circiter ſpatio, Rectoris vicibus in Gymnaſio Freiberg. functus eſt, cui poſtea ſucceſſit Adamus Siberus.

Mor-

Mortuus est anno cIↃ Ↄ LXXII. aetat. LXXIII. postquam per ipsos XXII. annos Theol. Professor, Inspector vero Gymnasii per annos XXXII. fuerat, de quo Mollerus in Chronic. Freiberg. P. I. p. 296. Quensted. de Patr. illustr. Vir. p. 224. Freherus in Theatro f. 232. Godofr. VVagenerus in Serie Colleg. Gymnas. Freiberg. Opera VVelleri & Latina, & Germanica, duobus voluminibus studio M. Frider. Laemmelii Lipsi. 1702. f. prodierunt, qui & vitam VVelleri eleganter concinnatam edidit Lipsi. an. 1700. conf. Reinh. Henr. Rollii Biblioth. Theol. Nobb. p. 266. Cum hoc Adamus Freibergae jam contractam amicitiam absens etiam constanter coluit, &, ob magni nominis splendorem, aestimavit. Libr. I. Aeolostich. p. 406. laudat VVellerum Nostrum, tanquam Patronum literarum & artium, quae eo tempore Freibergae non magno in pretio erant, ut supra ex Epistola Adami citata audivimus, qua favorem ejus in se praedicat:

Quod bene vis studiis, in qua traduntur & artes,
Non clausa est curis area docta tuis.
Rem facis haud spernens, VVellere Hieronyme, Musas,
Qua non est nostro tempore rara magis.
Scilicet indignum credis sapiente bonoque
Judicium vulgi, stultitiamque sequi,
Et de sublimi Musas contemnere, quarum
Hoc quod habes clarum munere nomen habes.

Scri-

Scripta VVelleri laudibus quoque extollit Noſter Epigrammat. Libr. III. p. 566. ob quae magnam gratiam Deum ei tributurum affirmat. In Tumulum Hieronymi Carmen elaboravit Adamus, in quo obitum ejus deplorat, &, hoc jam mortuo, omnem perituram eſſe templis Concordiam exiſtimat, eique amico ſingulari ſuprema dona mittit, Libr. II. Tumul. p. 309. ſcribens inter alia:

Quo moriente omnis periit concordia templis
Quae celſo ſpectat Parrhaſis Urſa polo.
Fortunate ſenex, tibi habe haec ſuprema *Siberi*
Dona, & ave nobis, perpetuumque vale.

Confer Carmen Adami in laudem Freibergae ſupra a me adductum. In Epiſtola ad D. Andream Mylium an. 1572 ſcripta, praedicat amicitiam VVelleri: Ecce dum haec ad te exaro, redduntur mihi amici literae, inquibus ſcribitur, in ſalinis Saxonicis Jacobum Fabricium, "& Freibergi, Hieronymum VVellerum, Theologum, extinctos eſſe. De eodem igitur oleo "& opera etiam in horum optimorum amiciſſimorumque Virorum amicitiam adjicientes aliquid manibus ſanctiſſimis gratulemur. *Paulus Eberus*, Kittingenſis Francus, qui Vitembergae in Academia primo Eloquentiam, & mox Matheſin, tandemque ſacra docuit. Onaldinam Controverſiam, juſſu Georgii Friderici Brandenburgici compoſuit. VVormatienſi,

si, itemque Altenburgensi colloquio interfuit, ex quo posteriore redux an. 1569. aetat. 58. decessit. vid. Melch. Adami in Vitis Theol. f. 204. Quensted. de patriis illustr. Viror. p. 171. Freherus in Theatro f. 219. Fechtius in apparatu, p. 68. Hoc A. Siberus amico integerrimo usus est, eumque semper magni aestimavit, quod ipse testatur Libr. VI. Epigrammat.

Solvimus exequias Paulo, cui nomen Ebero,
Jus quod amicitiae candor & ipse jubet.
Huic ortum Kizinga dedit, contermina Moeno,
Viteberga decus contulit ingenii,
Sancte Luthere, tuos monitus ubi combibit aure,
Et sectatus iter, Dive Philippe, tuum est.
Nunc, sedes fuerat quae vivo, Leucoris ossa
Urbs tenet, in coelo mens videt ora Dei.

Justus Jonas, Northusanus, qui Theologiae Professor in Academia Vitembergensi fuit, & Ecclesiae simul ibidem Pastor. Postea quoque Halae docuit, certus Lutheri amicus, de quo Adamus in Vit. Theol. Chytraeus in Chronic. Saxon. Camerarius in vita Melanchton. Hoc Jona usus est Praeceptore Siberus in Academia Vitemberg. sicut in Carmine MSC. supra laudato, praedicat ad Steph. Rothium, quod Jonam, grandia verba fundentem, Vitembergae audiverit. Proinde in obitum ejus, ob favoris & amicitiae constantiam, Carmen confecit, quod legitur libr. Tumul. p. 598.

Se

Sepulchri venerare marmor hujus,
Quo Jonas cubat ille Juſtus, ingens
Muſarum decus, & Magiſter.
Hunc Northuſa dedit: docentis ora
Eſt miratus, & approbavit ipſe
Lutherus, Sala paterque flent ademtum,
Omnes judicii elegantioris
Et bonique viri piique: coelo
Ille colloquio Dei receptus
Et Chriſti fruitur beatus ore.

Nicolaus Selneccerus, natus in oppido Herſbruck, non procul Norimberga, an. 1532. Vitembergae, duce Phil. Melanchthone, didicit, juxta ac docuit, quin & in aula Saxonica tempore Auguſti. Hinc Lipſiae, tandemque inſidiis Crypto Calvinianorum appetitus, Hildelshemii, redux tandem Lipſiam, Antiſtes Sacrorum factus de ceſſit a. 1592. cujus ſcripta in IV. Tomos digeſta extant. Hic omni loco & tempore Adami noſtri, ejusque liberorum, memor fuit, & quovis modo amicitiam cum eo ſervare contendit. Huic rei teſtimonio eſſe poteſt Carmen in nuptiis M. Jacobi Furmanni, Blandinam, Adami noſtri filiam, uxorem ducentis, Anno. 1578. d. 17. Feb. a Selneccero confectum, quod legitur in Carminibus nuptialibus Furmanni, in quo amicitiae Siberianae ſaepe meminit. In laudem quoque ejus conſcripſit Carmen Adamus, quod apparet Libr. I. Epigrammat. p. 562. cujus initium:

Pythagorae in dubium ſi quis decreta vocaſſet,
A ſociis αὐτὸς accipiebat ἔφα.

Cur

Cur nou, cur αὐτὸς sit ἔφα Selneccere, nobis
Qui nescit vana fallere voce, Deus.
Tu pugna verbo, quo terra polusque tremiscunt,
Victor eris, repetens fortiter αὐτὸς ἔφα.

Saepe Grimae apud Nostrum fuit Selneccerus, profectus Alumnorum ex mandato Principis exploraturus, eumque ob fidem & dil gentiam in munere suo maxime laudavit, de quo Annales schol. nostrae MSS. testantur. *Joannes Gigas*, Northusae natus, qui primum in Valle Joachimica, & schola Portensi elegantiores literas docuit, postea in Silesia, & quidem Eccl. Freistadtianae Praeses factus, & an. 1581. mortuus est, de quo vid. Adamus in vit. Theol. f. 252. Frisius in Bibliothec. f. 445. Cum hoc Siberus intimam coluit amicitiam jam in annis Academicis Vitembergae contractam, quae usque ad seniles annos duravit, prout ipse Adamus Libr. 3. Epigram. p. 571. eandem laudat:

Ecquid adhuc remanet nostri tibi cura Siberi,
Et juvat interdum Te meminisse tui.
Nec jam non in Te est mihi, quae fuit ante, voluntas,
Inque tui nostro pectore durat amor,
Duret: in hac vita locus & quia separat, olim
Nos campis rursus jungat in Elysiis.

Nicolaus Hausmannus, Freibergae natus, qui sexagenario major ad Freibergensem Ephoriam Schneeberga evocatus, & Dominica II. Trini-

nitat. verba in Concione ſacra ad populum habiturus Apoplexia mortuus eſt, de quo Lutherus Tom. VII. Vitemberg. f. 392. f. Jenenſ. German. f. 234. conf. Molleri Chronicon Freiberg. p. 227. Cum hoc Freibergae adhuc degens Adamus conjunctiſſime vixit, & amicitiae vinculum interruptum ſemper ob egregiam pietatem & juſtitiam ejus ſervavit, quod teſtatum fecit Carmine in obitum ejus an. 1539. conſcripto, quod legitur apud Tob. Schmidium Chron. Cygn. p. 389.

Quo nec major erat quisquam pietate, fideque,
Nec rectis ſtudiis, juſtitiaque prior.
Cura ſalutiferum cui ſpargere maxima verbum
Et bene commiſſas paſcere ſemper oves.
Hoc tua conduntur, pie, membra, Hauſmanne, ſepulchro,
Mens capit in vero gaudia vera Deo.

M. Caſpar Starckius, Lipſienſis, Paſtor & Superintendens Eccleſiae Ilenburgenſis, Carmina ſacra Lipſ. 1593. impreſſa evulgavit in 4. quibus Noſter, in amicitiae verae notam, praefixit Epigramma. *Chriſtophorus VVincerus*, ſ. ut eum vocat Adamus, *Ampelurgus*, Theologus pius & eruditus, Paſtor & Antiſtes Eccleſiae Grimenſis an. 1574. factus, cujus amicitiam & praecipue ſcientiam literarum Ebraicarum laudibus extollit Noſter, ſibique multum profuiſſe ingenue fatetur in Dedicatoria Epiſto-

la

in Commentarii scholastici in Psalterium totum Davidis, an. 1580. scribens: Adjumenti mihi „non parum attulit Christophorus noster Ampe„lurgus, qui Pastorem apud nos egit Ecclesiasti„cum, & ante annos aliquot lue pestifera extin„ctus est. Quia enim vir ille Ebraicarum lite„rarum scientia, ut quisquam alius instructus e„rat, multos nobis obscuros saepenumero, & pro „Concionibus sacris, & privatim, locos, explana„vit. Institutionis quidem certe pietatis, qui „est Psalmus 119. Dispositio tota est illius, cui „ego verba idonea sententiasque accommoda„vi. Hoc ideo scribo: quod & ingenui animi „est, non dissimulare, per quem profeceris, & „gratam mihi memoriam praestandam putavi „amico, quo ego virum meliorem, & Theolo„gum magis disertum, & experientiorem non „cognovi, dignum vita longiore, sed immortali „digniorem. Factum est autem, ut & quae ac„cepissem auditu ab Ampelurgo, & lectione a„liorum cognovissem, ea omnia in animadversi„onum observationumque libellos referrem. In tumulum ejus sequens fecit Carmen An. 1575. V. Kl. Novemb.

Haec Christophori frigida corpus Ampelurgi
Tenet urna, sui notitiam, Deique habentis,
Annis tribus & per duo lustra bis docendo
Praebuit operam qui tibi, Grima, quam Camoenis
Sedem Deus hoc tempore consecravit, & vir
Si quis pote dici, bonus, & bonus diserto

Exponere verbum populo ſalutis ore.
Ad Chriſtum abiens omnibus hinc ſui reliquit
Deſiderium qui ſimilis nunquam habituris.

Conf. Annales MSC. ſcholae noſtrae p. 44. *Paulus Lindena*, fuit tum temporis in aula Freibergenſi primum a Concionibus ſacris, poſtea Dresdae, & An. 1544. mortuus eſt, quo Siberus noſter amico & Fautore omni tempore uſus eſt, & multa beneficia ab eo percepit, in cujus rei teſtimonium Carmen in obitum ejus conſcripſit, quod legitur in Molleri Chronico Freibergenſi & P. I. Poem. p. 579.

Hoc tegitur tumuli ſub margine Lindena Paulus
Nomine qui quod erat, lingua animoque fuit.
Spirabat totus Chriſtum, Chriſtumque ſonabat,
Eloquio Paulus, pectore Paulus erat.
Extinctum luxit non fido Miſnia planctu,
Luxerunt moeſti Saxoniaeque Duces.
In ſpe ſanctorum corpus tellure quieſcit,
Gaudia mens coeli non peritura capit.

b.) *Paulus Vogelius*, Freibergenſis, J. U. D. Conſiliarius Elector. Saxon. aulicus, & Canonicus Merſeburgenſis, qui antequam ad hunc aulae ſplendorem evectus eſt, fuit an. 1552. Rector ſcholae Portenſis, de quo legendus eſt in Chronico Portenſi Pertuchius P. 2. p. 166. Hic praecipue Siberum benevolentia complexus eſt, & multa ei praeſtitit beneficia, quae mirum

Digitized by Google

rum in modum praedicat in praefatione ad Miscellan. sacra, Sabbatho puerili annexa, ubi eundem sapientia, doctrina, & virtute clarissimum virum appellat, & pro amore & gratia, imo integra amicitia, se gratum praebet p. 470.

At tu pro meritis, mihi quae tua datque deditque
Non unquam rebus gratia pigra meis:
Interea Miscella tibi mea, Paule Vogeli,
Haec & habe, me & ama, quod facis, usque vale.

Huic quoque ex fide & integritate mentis gratulatur de nuptiis cum Magdalena Naevia an. 1563. celebratis Libr. II. Epig. p. 530. *Andreas Mylius*, illustrissimi Principis ac Domini, D. Jo. Alberti, Ducis Megalburgensium, Consiliarius primarius, magno in pretio habuit Adamum nostrum, & integritate animi commotus multa cum hoc communicavit, quem ideo Adamus in Epistola quadam, quae in manibus meis est, Patronum & amicum observandum appellat, quae an. 1572. scripta. Quam ob causam dedicavit ei librum Aeolosticon, in fine adjiciens:

Haec tibi parva, Myli, mitto monimenta Camoenae,
Diversas qua res carmine tracto, meae.
Dignus eras dono, fateor, meliore, sed esse
Haec quoque grata tibi qualiacunque puto.

Laurentius Finckelthusius, optimar. art. Magister J. U. D. & Reipubl. Lubecensis Syndi-

cus, cujus extat oratio de certitudine Jurisprudentiae & cauſis mutationum legum una cum poematibus ejus an. 1598. in 4. edit. Hic certus fuit Siberi noſtri amicus, eumque omni loco & tempore beneficiis & amicitia ſua dignum aeſtimavit. Apparet id praecipue ex Carmine in nuptias M. Trautneri, generi Siberi, confecto, quo egregie Adamum noſtrum praedicat:

Ecce tibi natam, natam tibi jungit & arte
Clarus, & eloquii dote *Siberus* ovans,
Ille bonus tenerae Dux pubis amorque *Siberus*,
Ille poetarum gemma, nitorque chori,
Gloria cuique ſua eſt: hunc qui celebrare Magiſtrum
Sedulus Aonia geſſit in arte puer,
Non ipſum ſtudii, non lapſi poenitet unquam
Temporis, excultum moribus, arte gravem.
Hic facit, & felix Berſmanni Muſa diſerti,
Itala Miſnenſi cedat ut ora ſolo.

Nicolaus Reuſnerus Sileſius, qui arte Poetica excellens, & Juris ſcientia praeclarus fuit, Spirae in Camerae Judicio operam ſuam praeſtitit, & Argentorati, tum Jenae Juris ſcientiam profeſſus eſt, & Pro Electori Saxonum a Conſiliis multa negotia publica peregit, de quo Adamus in vit. JCtorum f. 174. Freherus in Theatro f. 959. Quo amore complexus ſit Adamum noſtrum, videre

dere licet ex verſibus ad hunc ſcriptis oper. Poet. Philotheſ. Lib. V. p. 295.

Tunc (ſi fata volent) receptus urbe
Grima, te cupide videbo tandem
Phoebeae fidicen lyrae Sibere.

Laudat hic quoque Siberi noſtri eruditionem & ſcientiam P. III. oper. Poet. p. 295.

Sacra viret ſemper laurus, nec fronde caduca
Carpitur haud cinerem docta, Sibere, pati.
Sic lauro cinctum, ſic cedro digna locutum
Te manet aeterni nominis amplus honos.
Quam tribuant Muſae longum laus durat in ævum
Quam tribuit virtus, fama perennis erit.

M. Stephanus Rothius, ſ. Ruffus, hoc tempore non incelebris, natus eſt an. 1492. Primum quidem Cygneorum Scholae Rector fuit anno 1517. ſucceſſor Laurentii deinde 1521. Primus ſcriba ſ. Syndicus. Initio quidem emendatae religionis Luthero propter vehementes literas ultro citroque miſſas, infenſus, ſed cum Lutherus Cygneae An. 1522. eſſet, in gratiam cum eo rediit, & poſt haec tempora in admirationem Lutheri ita raptus eſt Rothius, ut Vitebergam iter inſtitueret (Cujus itineris ſocietatem Stephanus Siber, Paſtor Schoenavienſis, in epiſtola ad Rothium An. 1523. IV. Non. Junias data, quam MSS. poſſideo, petiit) ut Lutherum ipſum audiret, & doctrinam veram, vitaeque genus probatum, prout cupidus rerum Rothius erat, pernoſceret. Ab eo tempore doctrinam, & ſcripta Lutheri, adeo diligenter

legit etiam avit, ut ejus enarrationem in Psalm. XXII. An. 1524. in linguam patriam transtulerit, cui postea An. 1527. novem priorum Psalmorum explanationem, lingua germanica donatam, adjunxit. Qua de causa Martinus Lutherus in praefatione, his Psalmis T. III. Vitemberg. Fol. III. p. 73. praefixa, eximio cum elogio ornat, quod apud se Vitembergae fuerit, & rationem docendi & explanandi a se adhibitam optime pernoverit, doctrinaeque & scientiae in rebus sacris haud imperitus sit. Erat omnino, ut verum fatear, Rothius hic in omni doctrinae genere excellens, Theologiae aeque ac Juris prudentiae admodum peritus, non minus literarum, quae ad humanitatem pertinent, quam Literatorum mirus admirator & aestimator. Quod enim schola Cygnea seq. temporibus inter celebriores Misniae Scholas numerata sit, huic praecipue adscribendum esse existimat M. Gotth. Guntherus, Cygneus, Diac. Ecclesiae Grimensis plurimum Reverendus, in Epistola de St. Rothio ad me nuper data. Eadem fere de Rothio fatetur Celeber. M. Vinholdus Schol. Cygn. Rector praeclare meritus, qui in Program. A. 1705. scripto, Rothium Patronum scholae suae, & Parentem Bibliothecae appellat. conf. Ludovici Hist. Schol. P. III. p. 148. & 176. Atque hoc modo facile fieri poterat, ut ejus benevolentiam, amicitiam, & humanitatem semel, iterum, & saepius Ad. Siberus experiretur, inprimis cum a Patre, Stephano, illius curae se usitae a pueritia jam esset com-

commendatus, qui & sine omni dubio ob conjunctissimam cum Patre cultam amicitiam, multa ad studia Adami augenda & promovenda contulit, eumq; & literis & sermonibus pro sua, qua pollebat, auctoritate & prudentia plurimum juvit. Hinc benevolentiam, amicitiam, & humanitatem ejus saepe multumque collaudat A. noster in epistolis variis quarum manu Adami scriptarum magnam copiam, ab amicis certissimis mecum communicatam, possideo. In his non semel Rothium optimum Amicorum & amantissimum nominat. Unam alteramque epistolam in rei testimonium adducam. Anno 1538. Freibergi scripsit ad Stephanum Nostei: Qvod literarum tibi mearum officium, optime amicorum omnium, Stephane, non ingratum sit, plurimis ad me literis, iisque amantissime perscriptis, abunde testatus es. Verum ego, non quidem, oblivione aliqua & negligentia, sed multo magis inopia argumenti, minus ad te scribo. Quod, te tamen, pro tua summa in me & perpetua, benevolentia & pietate non iniquiore animo, ferre, facile mihi persvadeo &c. Ita & initium, Epistolae Fribergi datae prid. Pentecost. An. 1542. Ego vero, Stephane humanissime, etiamsi nihil ad me perpetuo scribas, nihilo tamen secius amantissimum. Te nostri putabo, neque de voluntate in Te mea diminui patiar, quicquam. Quanquam enim Tibi vix concedo, ut plus hic in meo pistrino, quemadmodum, scribis, otii habeam, quam tu. &c. Gratum animum

mum ſuum in eum declarat Epiſtola Vitembergae An. 1540. data: Non ſolum magnas tibi & immortales pro benevola tua & propenſa in me voluntate ago habeoque gratias, verum recipio promittoque tibi, me gratum & memorem tempus in omne futurum. Humanitaem Rothii praedicat in Epiſtola An. 1536. Viteberg. data: Literas tuas, Fautor optime, amicorumque candidiſſime, Stephane, accepi. Quae quia ſingularem quandam & mirificam humanitatem, tum vero vel maxime incredibilem tuam ac ſemper ſuſpiciendam mihi, non quidem benevolentiam (nam & illud mihi levius meritis erga me tuis videtur) ſed pietatem potius prae ſe ferrent, ſumma me maximaque laetitia perfuderunt, ac plane nullam apud me nunc quidem dubitationem fecere reliquam, quin ingenti me amore humanitas tua complectatur, uniceque ſtudiis noſtris conſultum cupiat. Cum Stephanus ſibi Barbaram Pfüznerain matrimonio jungeret, Carmen gratulatorium transmiſit eidem Adamus noſter A. 1546. quod pariter una cum epiſtola MSta poſſideo, & quia nullibi typis hoc carmen expreſſum legi, hoc loco apponendum eſſe duxi: Perſcripta obſignataque priore epiſtola, redditae mihi ſunt tuae literae, Stephane amiciſſime, quibus quod ſignificas brevi te nuptias celebraturum cum Barbara Pfüznera, non poſſum non vehementer tibi gratulari. Et quoniam vacui temporis plus non habeo, quantumvis hoc brevi & indo-

indocto etiam fortasse, aliquo tamen, carmine" animi tibi mei laetitiam ostendere volui. Ergo

Faustum Hymenaea tibi, Stephane, optat Musa Siberi,
Ut sint conjugii candida fata tui.
Non incesta Venus, pietas sed, jungat amantes,
Quaeque tori nescit fallere jura, fides.
Successu faveat sponso sponsorque secundo,
Nec mutet vultum lubrica Diva suum.
Nescia lanificae disrumpi fila sorores,
Et simul ambobus stamina firma neant.
Nulla dies unquam vestros disjungat amores,
Separet &, quam mors vos truculenta, nihil.
Vivite felices, concordi foedere juncti,
Et sit in unanimi nulla querela toro.
Nondum passa nefas qualis Lucretia, qualis
Fida fuit Bruto Pontia casta suo.
Exhibeat conjux tua se tibi, Barbara, talem,
Utraque quam, fato prosperiore tamen.
Det Deus ipse etiam, qui vincla jugalia sanxit,
Utque suo vivat femina juncta viro.
Saepius ut faciat te pulchra prole Parentem,
Legitimique edat pignora multa tori!

„Habes carmen plane ex tempore conscriptum. Tu boni id consule. De ferina nihil tibi pol-"liceri possumus. Nam & Abbas, a quo fortas-"se aliquid per Agricolam nostrum auferri po-"terat, juris posthac in feras nihil habet, ac ne in "lepores quidem, & ex pumice aquam prius ex-"presseris, quam a Principe feram extorqueas,

apud

„apud quem fortaſſe fi adhuc Dresdae viveret „Rivius, non omnino nihil Valentinus noſter „Hertelius valeret. Sed, ſi quid tamen erit, da„bimus operam, ut tibi ſit. Ipſe ut veniam ad „vos, non quidem in ipſis nuptiis, ſed paulo „poſt, dabo operam. Tu interea temporis ſi „reſcribere mihi, per occupationes, ad ſuperio„res potes, velim facias. Id mihi erit gratiſſi„mum. Salutant te Dn. Agricola & Valenti„nus Hertelius, qui ambo tibi fauſtum & felix „matrimonium precantur. Chemnicii VI. Jan. anni XLVI. Eſt quoque in manibus meis Carmen Siberi MS, admodum prolixum, quo Rothii benevolentiam & amorem erga patrem ſuum Stephanum praedicat, atque beneficia illa innumerabilia, quae ab hoc ſibi Zwiccaviae, Vitebergae, aliisque in locis tributa eſſe ſcribit, prout decet, extollit. Benevolentiam Rothii in patrem magnam fuiſſe, ita confirmat:

Scit genitor, [ſupereſt modo ſi poſt funera ſenſus]
Quam fueris firmo junctus amore ſibi.

Neque minus ipſe Pater ſuam ſuorumque ſalutem Rothio commendavit in epiſtola, quam MS. teneo. An. 1535. data:

Dem Achtbaren und Hochgelahrten Hrn. Magiſter Stephan Roth, Stadtſchreiber in Zwickau, an meinen freundlich lieben Gevatter.

Achtbarer, Sehrwohlgelahrter, Großgünſtiger Herr Magiſter und freundlicher Gevat-

ter,

ter. Ich will euch als meinem sehr guten Freunde nicht bergen, daß ich mit eurer Gevatterin und dreyen meinen Kindern sehr schwach bin, und bißhero müssen eine grosse Staupe ausstehen, bringen wir anders nur die Häute davon. Ich hab mich auch schon GOtt dem Allmächtigen ergeben. Und ist an euch meine fleißige und freundliche Bitte, wo GOtt der Allmächtige über mich gebeut, wolt euch mein Testament und meine Kinder, ihnen zurathen, und sie zu fördern, lassen befohlen seyn, und das Lohn von unserm lieben Herrn GOtt in jener Welt gewarten. Hiermit seyd auch dem Allmächtigen samt euren tugendsamen Weibe und allen den eurigen in Genaden befohlen. Grüßt den Mag. Schmidium, den Schulmeister, und andere. Datum Freytag nach Invocavit im 35. Jahr. Stephan Siber.

Reliquas epistolas sciens volensque omitto, ne nimis copiosus in hujus amicitia exponenda videar. Addam tantum Carmen, quod in mortem Stephani Adamus confecit, quod apparet Libr. Tumul. p. 580.

Civis eras patriae studiosus: sensit alumnum
Te, tua quae luget funera, Zuiccavium:
Summus amor verae tibi relligionis in hostes
Acre odium, contra sed pietatis erat.

Abel. Strasburgus, JCtus celeberrimus. Primum Electori Saon. Christiano I. deinde Principi Anhaltino tandem Reipublicae Norimbergensi, a consiliis fuit. An. 1513. diem suum

um obiisse supremum tradit Henning. VVitte in Diar. P. 2. Cum hoc literarum commercium interceſſit Sibero, quod ex Ephalamio, cum Martham Tomingiam uxorem duceret, ab Adamo ſcripto, patet. In fine Carminis noſter canit:

Haec optans vobis dum docte, Siberus, Abele,
Vota facit, fauſtum ſternuit omen Amor.

c.) Inter Medicos primum locum occupabit *Georgius Agricola*, quo familiariter Adamus noſter uſus eſt. Fuit autem hic in Hermundurorum regione natus, & quidem Glauchae. Redux ex Italia aliquamdiu in Valle Joachimica, & deinde Chemnicii vixit, quin & durante bello Schmalcaldico, Mauritii, Ducis Saxoniae, caſtra ſecutus eſt, & non ſolum medendi arte, verum etiam metallicae rei ſtudio, clarus fuit, quod teſtantur libri ejus de metallo evulgati. Primum acerrimus Pontificiorum hoſtis, denique in caſtris eorundem immortuus eſt. vid. de eo Petrus Albinus in Chronico Miſenenſi. f. 353. Adamus in vit. Medicorum f. 24. Tob. Schmidius in Chron. 492. Freherus in Theatro viror. erudit. f. 1237. De hujus amicitia non uno in loco Adamus noſter ſcribit, praeſertim in Epiſtola ad Steph. Rothium ſcripta Chemnicii VII. Cal. Nov. an. 1545. quam poſſideo MSC. „Agricola noſter Georgius duo a te petit, optime amicorum „Stephane, primum eſt, ut ſibi deſcribenda cu„res per puerum tuum ea verba, quibus in Bi„bliotheca ſua Geſnerus ipſius mentionem facit. „Sibi enim iis ad ea, quae nunc in manibus habet,

„bet, aliqua ea parte opus esse. Alterum est, „ut quoniam ex me audivit, esse tibi Cornarii, „Medici, scripta in Fuchsium, quibus titulos „fecit: priori vulpecula excoriata, posteriori „vixx. f. brabeata utrumque secum communices „recepturus ea primo quoque die integra, & „incontaminata. Quod ut facias etiam ipse a „te, mi amicissime Stephane, etiam atque etiam „peto & quaeso, idque eam ob causam potissi„mum, ut intelligat Agricola, tum me amari abs „te, tum diligenter ipsius nomine scripsisse. „Bene vale. Salutat te Agricola & Hertelius. „Saluta tuos, & me meaque tibi commendata „habe. Celeberrimi quoque Medici fuerunt in aula Saxonum Electoris, & custodes omnino corporis Septemviri Augusti, *Caspar, & Joannes, Naevii*, fratres. *Joannes* etiam in aula Mauritii Archiater aliquamdiu fuit. Egregium fratrum par erat, & in re medica admodum peritum & exercitatum. Hanc familiam Naeviorum a Romanis veteribus, & quidem Naevio Poeta, deducendam existimat M. Rothius in notis ad Ciceronis Catonem major. p. 841. *Joannes* quidem an. 1499. Chemnicii natus est, qui postea scholae Annaebergensis discipulus fuit tempore Rectoris M. Simonis Behmii, quod Celeb. Dn. M. VVilischius in Incunabul. schol. Annaeberg. observat, quia a nemine observatum esse existimat. Medicus fuit felicissimus, & post reditum ex Italia primum Annaebergae, de-

inceps in Vaile Joachimica, tandem Dresdae medendi artem exercuit, ubi Serenis. D. D. & Elect. Mauritii & Augusti Archiater constitutus fuit. Mortuus ibidem 1574. d. 7. Jul. aetat. 74. postquam ab Imperat. Romanor. Ferdinando I. ob artis suae excellentiam nobilitatis suae insignia reportaverat, de quo Albinus in Chronic. Misenensi f. 366. Adamus in vitis Medicor. f. 98. Freherus in Theatro f. 1268. conf. clariss. M. Daniel. Mulleri Programma de claris Chemnicensibus anno 1711. ut & citati Dn. M. VVilischii incunabul. schol. Annaeberg. p. 51.

Caspar Naevius, Joannis frater, natus est A. 1512. Chemnicii, primum in schola Annaebergensi, Rivio Rectore, literis operam navavit, dehinc Lipsiae. Redux ex Italia medicinam fecit, & Dresdae cum fratre Joanne Archiatri munus suscepit. Revocatus vero Lipsiam, relicta aula, artis Medicae Professorem egit. mortuus est a. 1579. Hi Naevii pro suo amore & benevolentia Ad. multa beneficia tribuerunt. Proinde hic librum Threnorum Jeremiae, vatis his fratibus, Jo. & Caspari Naeviis, Medicis clarissimis, dedica & gratam in eos mentem declaravit, Joannis benevolentiam & humanitatem saepe expertus est Noster, qua commotus ab eo petit Carmine, ut Historiae sacrae libros octo, sive Sionion, Serenis. Electori Augusto ejusque filiis commendaret, quod in fine hujus libri legitur, & supra citatum.

In mortem hujus Joannis versus conscripsit No-

Noſter, qui in Tumul. libro leguntur, quibus breviter vitae curriculum complectitur:

Naevius, exactis ter luſtris quinque, Joannes
Haec, ad Chriſtum abiens, oſſa reliquit humo.

Chemnitium vitam, medicas Oenotria tellus
Artes, officium Saxonis aula, dedit.

Cum *Caſpare Naevio* Siberus ab ineunte aetate amicitiam coluit, quae nec ſucceſſu temporis unquam interrupta eſt, ſed firma ſemper conſtansque permanſit, prout ipſe de hac amicitia ſcribit Adamus Libr. 3. Epigramm. p. 556.

Me tibi, teque mihi junxit puerilibus annis
In ſtudiis, Naevi, conciliatus amor,
Nunc medicus medicum, me Carminis auctor, amicum
Latonae proles numen utrique, juvat.
Eſt & amor conſtans: nec quem puer ante ſolebam,
Diligo vir factus te minus ipſe virum.
Dii precor hoc jubeant, annis ut euntibus olim
Te firmo canum pectore canus amem.

Henricus Paxmannus, Medicus erat praeclarus, & in hac arte multum operae & ſtudii collocaverat, quem ideo Siberus ſemper Medicum vocavit; ſcholae tamen Goltbergenſis in Sileſia Rector factus eſt. Cum Adamo noſtro amicitiam coluit, & literis & Carminibus multis eam declaravit. In quo amicitiae officio nec Siberus defuit, quod comprobavit Carmine ad

Digitized by Google

Henricum Paxmannum Medicum Libr. I. Aeoloſtich. p. 415.

Dulcis amicitia eſt doctorum, pulchra bonorum
Quam pietas Muſis conſociata parit.
Non tua te virtus patitur latuiſſe, nec ingens
Quod ſtudiis rectis nomen adeptus habes.
Scribo mei, Paxmanne, gregis te docte, Siberi
Hinc in amore fides ibit, eatque tibi.
De qua ne dubites, quae me tua epiſtola poſcit
In tumulum fratris Carmina mitto tibi.

VVolfgangus Meurherus, Palaeoraeus Altenbergenſis, an. 1542. Profeſſor Philoſophiae Lipſiae nuncupatus, ubi tandem Medicinam docuit, Doctoris ornatus dignitate, & ſenatorio ordini hujus civitatis adſcriptus, mortuus an. 1583. Hujus amicitia arctiore uſus eſt Noſter, quod in Carmine Libr. III. Epigram. p. 546. ad eum ſcripto teſtatur, quod nemo magis Siberum amet & complectatur, quam Meurherus. Laudat ibidem inſignem quoque ejus ſcientiam medicam.

d.) *Joachimus Camerarius*, Papebergenſis, quem merito Germania, & praecipue Miſnia, ornamentum ac decus ſuum nominat, qui cum Lipſiae ſub Richardo Croco, & Petro Moſellano, Graecas literas didiciſſet, & viris eruditis innoteſceret, praeſertim Eobano Heſſo Erfordiae, Vitembergae Luthero & Melanchthoni, Baſileae Eraſmo Roterodamo, tandem Lipſiae bonarum artium doctor conſtitutus, & praeſtantiſ-

ſimis

simis ingenii monumentis aeternam nominis famamsibi acquisivit. Mortuus est Lipsiae an. 1574. de cujus vita vid. Andr. Freihubius in orat. in laudem Camerarii habita. Adamus in vit. Philosophor. & alii. Hunc Adamus noster in primis pueritiae annis ut Praeceptorem, ita postea amicum & Fautorem perpetuo habuit. Libr. I. Aeolostich. p. 402. laudat Joachimum, quod se quoque inter amicos suos numerare voluerit.

Quam tunc non dubium promittere visus amorem,
Cum mihi dicebas: Tu quoque noster eris.
Quo motus verbo, jam pridem Carmine mentem
Debueram memorem significasse tibi.
Nec me, ni fallit mens, aspernabere, eritque
Janua amicitiae non mihi clausa tuae.

Morbo aliquando laboraba Camerarius gravissimo, sed divina gratia ab hoc cum liberaretur, gratias egit A. Siberus Deo, ut certus & integer Camerarii amicus, Carmine:

Audivit Deus optimus, bonorum
Admisitque preces; malum recessit
Corporis, male quod virum optimorum
Optimum laniatibus tyrannis
Habebat.

Ipse Camerarius elegantissimum Carmen ad Ad. Siberum transmisit, quod Enchiridio pietatis puerilis praefixum legitur, in quo amorem suum

Digitized by Google

in Noſtrum multis verbis declarat:

Quem longo venerans jam tempore diligo, propter
Ingenii ac morum probitatem, & Apollinis artes,
Nuper decreram cum noſtro ad te proficiſci
Stramburgo, dubiis perſpecto rebus amico,
Et quo nec melior, nec clarior eſt vir, Adame,
Sed pituita fuit cupidum remorata moleſto
Cum brancho & tuſſi. Interea tua Carmina trado
Noſtro edenda Papae, tum me virtute, tuaeque
Conſolor conſtante operae ſtudiique labore.

In tumulum Joachimi Adamus noſter in amicitiae teſſeram verſus conſcripſit, qui in Tumulis recentioribus leguntur, & digni, qui hic recenſeantur.

Hoc Camerariadum Joachimus gloria, luſtra
Poſt ter quinque ſolo, corpus inane cubat,
Bellico non ullo tantum ſe jactat alumno
Francia, doctrina nobilitate viri.
Hunc Paperbega dedit, Neroberga, Tubinga docentem
Audiit, & ſtudiis Lipſia clara bonis.
Nunc eadem oſſa tenet: quae mens peragrare ſolebat
Aurea coerulei deſpicit aſtra poli.

Non dicam, quam frequenter Camerarius Grimae fuerit, in ludo illuſtri, cum ſpecimina & profectus Alumnorum exploraret, & cum Ada-

me

mo sermones de rebus variis institueret, de quibus conf. Annales scholae nostrae MS. *Joannes Sturmius*, Germaniae Tullius, Sleidae natus apud Ubios, in Gallia primum bonas artes docuit, & postea Argentorati an. 1538. quam Academiam suo nomine & fama praeclaram reddidit. Lege de eo Burckhardum de fatis LL. in Germania p. 478. Non minus Sturmius ad Siberum, quam Siberus ad Sturmium, carmina misit, in cujus rei exemplum Epigramma illud elegantissimum proferam, quod Adamus noster libr. 3. Epigrammat. habet p. 541. ubi eum disertissimum Tullium nominat, quod rationem iterque eloquentiae candidus monstret. Collaudat pariter amicitiam mutuam ibidem. *David Chytraeus*, natus Menzingae in Creuchovia anno 1530. fuit Poeta, Orator, Historicus, Philologus, Philosophus, & Theologus excellens. Didicit Vitembergae, Praeceptore inprimis Melanchthone. Rostochii docuit, nec alio, invitatus licet, migrare voluit. Miti admodum fuit & moderato ingenio. Commentatus est in Genesin, Exodum, & plures V. T. libros, & Chronicon Saxoniae edidit, itemque vitae & studiorum regulas, quem Quenstedius aureum vocat librum. Decessit anno 1600. Legatur Adamus in vitis Theolog. f. 323. Freherus in Theatr. f. 314. Hic in epistola ad Ad. Theod. Siberum satis prodit, quam fuerit intimus Adami, patris, amicus, petitque ergo a filio,

Digitized by Google

ut eodem se numero, & loco, quo Pater, habeat Vol. I. Or. & Pr. p. 296. Orate, ut me inter „eos, qui Clariss. virum, patrem tuum, Ad. Si„berum, & amicum, & Collegam ipsius, G. Fabri„cium, vates pios & Christo digna locutos, & „vere Christianos Pindaros, optime de re litera„ria, non in Misniae solum, sed & totius Germa„niae scholis meritos, amant, suspiciunt, & venerantur, numeres. Conf. & p. 297. *Jo. Stigelius*, Gothanus, qui Vitembergae & Jenae docuit, & an. 1562. mortuus est. De quo Adamus in vit. Philosoph. f. 206. Hunc Adamus noster nunquam non amore complexus est, & dignum memoria & laude Poetam existimavit, ut Libr. 3. Epigrammat. p. 557. probat, scribens:

Principe tu solus dignus praestante, nec ullus
Stigelii princeps dignior ore cani.

Tanti aestimavit Stigelium Noster, ut Carmina ejus post mortem in lucem aspectumque proferre curaverit, de quibus supra. In Tumulum quoque ejus carmen conscripsit, quod legitur Libr. Tumul. p. 607. ubi amicitiam Stigelii firmam & constantem commendat. *Gregorius Bersmannus*, non, ut alii volunt, Georgius, Annaebergae natus Anno 1538. patre Henrico Bersmanno, pauperum aerarii praefecto. In schola provincial. Misenensi sex annos egit, & confectis in Academia spatiis, & lustratis exteris regionibus, in schola Portensi per breve temporis spatium docuit. Inde Vitembergae per tres annos

annos, & Lipsiae quoque Professorem egit in Camerarii locum vocatus, ac tandem Servestae Rector constitutus multis de hoc Gymnasio modis praeclare meritus est. Inter ingenii monimenta, quae reliquit, sunt Poemata, in partes duas tributa, edit. Lipsi. 1592. in 8. Item Commentarius in Libros Virgilii Georgicos, in Ovidii, Horatii, Lucani, opera, & alia, de quo Adamus in vit. Philos. p. 234. & Jenisius P. I. Annal. Annaeb. p. 73. Huic cum Sibero nostro arctior omnino intercesserit consuetudo, quam perspicere licet ex Carminibus & Epistolis mutuo missis. Adamus noster Epithalamium in memoriam nuptiarum Gregor. Bersmanni, & Magdalenae Helborniae, Lipsiensis, confecit, quod apparet in Poematibus Bersmanni p. 108. ob prolixitatem hic omittendum. Ipse Bersmannus, in Dedicatione Carminum suorum ad D. Jo. Posthium amicitiam Siberi non satis collaudare potest, ubi inter alia scribit de Adamo: Accidit quoque „eo tempore, ut literae mihi afferrentur a viro & „poeta optimo, doctrinaeque eruditae copia, fa„cultateque eximia, praedito, Adamo Sibero, hor„tantes me, ut mea colligerem, & uno volumine „ederem in utilitatem eorum, qui student rei „poeticae excultae & eleganti. Fecit quoque Bersmannus in nuptiis Generorum Siberi nostri, Christophori Schellenbergii, & Balthass. Trautneri, atque Jacobi Furmanni, Carmina, in quibus suam cum Adamo, socero, amicitiam multis declarat verbis, quae omnia & singula adducere

ſpatium non permittit. Sic non defuit Chriſtoph. Schellenbergius, gener Adami in nuptiis Bersmanni, Carmina gratulatoria transmittere, quae in Carminibus Bersmanni p. 113. habentur. Extat denique Epiſtola A. Siberi ad Bersmannum anno 1576. in Carmin. hujus p. 360. in qua non ſolum eum amicum, ſed et affinem appellat, et in ea mutuae amicitiae ſatis clarum documentum praebet, quae haec eſt:

Clariſſimo Viro, virtute pia, et doctrina elegante praeſtanti D. Gregorio Bersmanno, Oratoriae et Poetices in Academia Lipſienſi Profeſſori, affini et amico ſuo colendo S.

Quas, Affinis doctiſſime, VIII. Menſ. Octobr. "dediſti ad me, V. Novembr. tandem accepi, cu"jus culpa, equidem neſcio. In Jo. Poſthii, ami"ci tui veredum Muſicum mitto tibi duo diſticha, "quae tibi ſi probabuntur, curabis. Egenolphus "ignotus mihi fuit. Cui, uti vides, reſpondi. "Tu, ut iſtinc literae noſtrae ad illum perfe"rantur, dabis operam. Lues peſtilis negotium nobis facesſit jam menſem quartum, ſed "ſcholam divino beneficio non attigit, ideoque "retinuimus diſcipulos noſtros, paucis exceptis, "quos matres ſuorum amantiores periculo ſcili"cet expoſitos eſſe noluerunt. Mihi Idib. Aug. "filiola extincta eſt, XI. annorum puella. "Ex eo tempore in luctum conjectus ſum, & "domo aliquot menſibus ſponte exulavi, ne "quid detrimenti ex meorum congreſſu ad lu-

dum

"dum demanaret. Orationes tuas jam legeram, "quae quidem ita me delectarunt, ut si animo "fuissem paulo quietiore, scripturus fuissem ad "te, tibique gratulaturus. Nunc nihil nisi "eandem literam ut tua in scribendo di- "ligentia aliorum infamet oscitantiam & socor- "diam. Colligo jam mea Poemata omnia, ut si "forte reperire possim typographum, emendata "& correcta edam, & deinde, Deo si videtur, "rude doner. Tu si tantum vacui tibi est tem- "poris, quaeso Epigramma aliquod nobis con- "fice, quod vel in principio, vel in fine, ponatur "Id erit mihi gratissimum. Bene & feliciter va- "le. Ex ludo illustri ad Muldam VII. Id. No- vembr. M. DLXXVI. Adamus Siberus.

Petrus Lotichius Secundus, Solitariensis, felix Poeta, & Professor Medicinae, claruit Heidelbergae ad mortem usque An. 1560. Vitam ejus dedit nobis Jo. Hagius, Francus, expositam, quae editioni operum hujus An. 1609. annexa est. Plura leguntur apud Adamum in vitis Medicorum fol. 49. Freher. Theatr. f. 1248. Magni hunc aestimavit Adamus, & divinum non solum poetam, sed & probatae fidei amicum, appellavit libr. 3. Epigram. p. 562.

Salve docte senex, salve divine poeta,
Perpetuo salve digna Thalia cani.
Solus qui vena suavi, qui mente, Secunde,
Sincera praestas, judicioque vales.

Venam ejus poeticam laudat Siberus Libr. 3. Epigram. p. 556; quam tantam esse scribit,

ut omnes eam laudibus efferant, ne alios poetas ei praeponant, sed uno tantum Tibullo minorem putent. In obitum ejus Carmen confecit, quod Tumulor. libro invenitur, p. 606, in quo eum Germanum Callimachum vocat, & tandem concludit:

Lotichio non arte parem, ingenioque poetam
Teutonis ora tulit, Teutonis ora feret.

Georgius Sabinus, alias Schulerus dictus, gener Phil. Melanchthonis, Poeta nitidissimus, & inter Germanos non exigui nominis. Cum Adamo Sibero commercium literarum & Carminum instituit, de quo in Tumulor. Libro p. 607. Adamus, ubi ejus amicitiam & eruditionem laudat, eumque cultissimum virum & gloriam chori Pierii nominat.

Joannes Schoefferus, Aemilianus, cujus studia ab honestis & eruditis viris, praesertim Stigelio, & Sabino, probantur. Accersitus est, postquam per quinquennium in Academia Regiomontana commoratus, ad gubernationem scholae Schmalcaldicae. Fama ejus innotuit in aula praesertim Electorali Brandenburgica, & vocatus in Academiam Francofurtanam ad Viadrum Eloquentiae Professor ibi factus, & Consiliarii Brandenburgici dignitate ornatus est. Arctissimam huic cum Sibero nostro fuisse amicitiam, satis aperte confirmat Henricus Siberus, Adami nostri frater, in Epistola, Schoefferi Poematibus annexa, Grimae prid. Non. Octobr. 1584. data his verbis: Et

quo-

quoniam tu mirifice cum in vita ipsius fratrem meum Adamum amasti & coluisti; ita in mentem mihi non venit vereri, ne illum non diligas mortuum, ut etiam mihi persuadeam, te Epicedium ipsi confecturum. Debes nimirum hoc amicitiae mutuae, quam uterque publicis jam testatus est versibus, debes Musis, quarum ipse sacris, non minus quam tu, puris „semper manibus operatus est: potes autem „sine ullo labore facere. Quis enim nescit, si „nervulos ingenii tui paulum modo contenderis, „quam praestans Carmen levi negotio possis fundere? Id. Schoesserus Carmen in Cribrum Siberi nostri confecit, de quo jam supra dictum est. *Joannes Oporinus*, Basileensis, qui in patria sua primum Graecas Literas docuit, Grynaeo in hoc munere successus; sed, misso suo munere, animum ad Typographiae studium convertit, ex cujus officina optimi Auctores prodierunt, & multa suo marte conscripta evulgavit, de cujus vita & obitu singulari Oration. Andr. Jocisc us, Silesius, & Ethicorum in Academia Argentoratensi Prof. exposuit, dicta a Jo. Henrico Heinzelio, & cum Catalogo librorum per Oporinum excusorum edita An. 1569. Epistolam hic ad Adamum nostrum dedit Francofurt. Kal. Sept. 1561. in qua de valetudine prospera Adami, amici sui, sibi gratulatur: Vol. II. Or. & Pr. Ad. Th. Sib. p. 453. „Accepi „Psalterium tuum, doctissime Sibere, magno „hactenus desiderio a me expectatum, ac gratu

tu

"tulor & amicitiae noſtrae & reipublicae literiae, "quod te adhuc vivum & incolumem nobis ſu- "pereſſe intellexi, de cujus obitu vehementer e- "am ſolicitus, cum tamdiu nullas abs te literas "accepiſſem. Ceterum dabo operam ut hac hieme "illud excudam, & proximo verno mercatu ad "te mittam. Deo nobis, ſpero, ut hactenus, "aderit, ut ſi nihil aliud, poſteritati ſaltem te- "ſtatum relinquere poſſimus, nos reipubl. or- "nandae juvandaeque cauſa, nullis neque labori- "bus, neque ſumtibus, peperciſſe. Bene vale, mi "Sibere, & nos amare, quod facis, perge. Car- men Gratulatorium in nuptiis Jo Oporini con- fecit quoque Adamus, quod integrum legitur libr. Epigram. p. 557. Nec minus Libr. 3. Epi- grammat. Carmen invenitur ad Jo. Oporinum ſcriptum ab Adamo. *Bern. Ziegler.* equeſtri loco natus Gauernitii, Ebraeam linguam Lipſiae docuit. in cujus obitum, ob benevolen- tiam ſibi praeſtitam, Adamus Carmen confecit, quod legitur in Annal. G. Fabricii p. 100.

e] *Joannes Rivius,* Atthendorii, oppidi- do VVeſtphaliae, natus An. 1550 ex quo in Miſ- niam venit, quemadmodum multi ex VVeſt- phalis elegantiorum literarum & Linguarum ſtudia in Germania excitarunt, judice Davide Chytraeo, in Saxon. Chronico. Cygneae, An- naebergae, Mariaebergae, & Freibergae bonas artes docuit, & tandem Inſpector ludi illuſtris Miſenenſis, non vero Rector, ut quidam fal- ſo tradunt, conſtitutus, ſimulque inter IV. Aſ-

ſeſ-

Digitized by Google

ſeſſores Judicii Eccleſiaſtici numeratus eſt Miſenae, ubi mortuus An. 1593. peſte et tempeſtate graſſante, de quo ſupra multa dixi, cum praeceptores Siberi exponerem. Hoc loco de amicitia Rivii & Siberi dicenda quaedam ſunt, quantum tamen fieri poteſt, breviter. Sunt in manibus meis epiſtolae Adami noſtri ad Stephan. Rothium, in quibus ſaepe multumque amicitiam Rivii commemorat, praeſertim in Epiſtola a. 1538. Freibergae data, inter alia ſcribit: „Rivius, quantum quidem ex quotidiano convictu & ſermone judicare poſſumus, valde nos videtur diligere, „nec etiam ſtudiis noſtris defuturus. an. 1537. „ad eundem Steph. Rothium ex urbe Freibergenſi ſcribit Adamus: Ipſo cum Rivio mihi adhuc convenit optime, neque ſane mea „culpa eveniet unquam, ut is ab me abalienatiore animo eſſe poſſit. Omnium rerum arcanarum Rivii conſcius fuit Adamus noſter, quod ex multis epiſtolis, ad Rothium datis, conſtat, quas omnes et ſingulas adducere nimis taedioſum Lectori foret. *Jobus Magdeburgus*, Annaebergae natus, cum Jo. Rivio Freibergam profectus, Hypodidaſcalus primus ibidem fuit, f. Collega III. poſt repurgatam a Luthero religionem, deinde anno 1543. Miſenenſis ludi illuſtris Colleg III. Inde anno 1569. Lubecam vocatus per quinquennium Rectoris munus adminiſtravit, in aulam poſtea Meclenburgenſem Joannis Alberti, Ducis, ſe contulit, tandemque

Frei-

Freibergam reversus. Mortuus autem anno 1595. X. Cal. Mart. vid. P. Jenisius in descript. Annaeberg. P. I. p. 72. Moller. in Chron. Freiberg. P. I. p. 293. et Nobiliss. Dn. M. VVageneri ser. Collegar. Gymnas. Freibergensis p. 22. Hic fuit Collega A. Siberi in Gymnas. Freibergensi, de quo, ut homine docto, bono, et amico, sic scribit ad Steph. Rothium in epistola Freibergae XXI. Mai. anno 1541. Hiobus Magdeburgus in meo ludo juventutem Freibergensem mecum instituit. Is petiit a me, ut se tibi commendarem, quo, quam rem a te suis literis petit (nam suas adjungit meis) a te libenter impetrare possit. Ego, ne homini et bono, et docto, et praeterea etiam amico, quicquam denegarem, officium illi meum pollicitus sum, teque rogo, si, quod petit, praestare illi potes, mea causa prolixe id libenterque facias. Id erit mihi vehementer gratum. Ipse Jobus Votum nuptiale elaboravit Graece in nuptias M. Jacobi Furmauni, generi Adami Siberi, ubi socerum Adamum vocat: Virum bonum & Musarum amicum &c. Libr. 3. Epigrammat. p. 551. legitur Epigramma in Jobum ab Adamo conscriptum.

Georgius Fabricius, Chemnicensis, scholae illustris Misenensis Rector ab anno 1546. usque ad anno 1571. quo III. Idus Julii mortuus est. Politissimi ingenii vir, et multis magnisque in hanc scholam, et totam Saxoniam, imo Germaniam, meritis clarissimus. Nobilis-

simus

simus Barthius in Adversariis suis de eo judicat: quod melius de scholis, et humanitatis literis, meritus sit, quam quisquam facile censeat. Hic nomen suum labore indefesso, scriptis eruditis, et discipulis, doctrinae ac virtutis laude conspicuis, immortale reddidit. Cujus memoria jam antea quidem in orbe erudito notissima fuit; enixe tamen laboravit Celeberrimus Dn. M. Schreberus, illustris scholae Portensis Rector meritissimus, ut posteris eam egregie commendaret, et imaginem viri hujus clarissimi vivis depingeret coloribus, in vita G. Fabricii, Lipsiae ap. Jo. Frieder. Gleditschium anno 1717. 8. Quo vero amore, studio et benevolentia se invicem Georgius et Adamus complexi sint, dici vix potest, nec, si dicerem, credibile videbitur. Dedit hujus amoris signa luculenta laudatus Dn. Schreberus, & merito observavit: in Condiscipulatu Annaebergensi atque Freibergensi sua initia habuisse. Quae amicitia, a condiscipulatu facta, firma & constans inter hos duos omni tempore fuit, & usque ad vitae finem servata. In epistola ad Virum Magnificum D. Andream Mylium, illustriss. Principis Jo. Alberti Ducis Megalburg. Consiliar. Primarium an. 1572. scripta, confirmat haec amicitiae primordia A. ipse, quae legitur Tumul. Libr. II. p. 291. Ego, & „Fabricius, anno temporis ultimi an. 1516. nati, „& graviter nunc propter obitum aequalis doleo. Manibus G. Fabricii Carmen consecravit Noster, quod pariter Libr. 2. Tumul. legitur p. 303. quo

ami-

amicitiam cum eo arctiorem satis probat, quod dignum quidem est, ut totum proferatur; sed ne Lectori admodum molestum videatur, ea tantum adducam, quae ad utriusque amicitiam probandam faciunt:

Non ego falsa loquor: Puer ipse Siberus Adamus
Primo aevo puero junctus amicitia:
Quam memini faciles habuisse in Carmina, fonti
Ut sacro admovit labra, Heliconiadas?
Nec vero hic referam, niveo quod pectore candor,
Quem vere in foliis lilia cana ferunt.
Non faciles mores dicam, curamque juvandi
Ex animo, poterat qua ratione scholas.
Jam quo consortes studii complexus amore
Est, summum vitae tempus ad usque suae?
Hinc ut majores ipsi, obstupuere minores,
Aequales oculis ingue habuere virum.
Charus erat cunctis doctisque, bonisque, profundum
In mare undivomus dum ruet Albis, erit. &c

Epitaphium quoque in obitum Fabricii conscripsit Noster, quod legitur in Epitaphiis Cl. viror. a Jacobo Fabricio, cum epistola Sturmii consolatoria, editis Lipsiae an. 1572. in 4. Multa hujus mutui amoris & amicitiae testimonia ab Adamo nostro, in honorem et laudem Fabricii versibus conscripta, proferri possunt: Transmisit Noster Votum nuptiale Georgio, sponso, et

Mag-

Magdalenae Fauſtae, ſponſae, quod legitur libr. II. Epigram. p. 507. Carmina ſua, jamjam edenda, ut perluſtret, verſibus eum rogat, qui habentur Libr. III. Epigr. p. 539. In obitum Margarithae Fabriciae, Georgii matris, Piſonis fil. Epicedium fecit Adamus, in quo Hoſpes & Polyhymnia colloquentes inducuntur. libr. Tumul. p. 583.

H. Huic tumulo, Deus ecquis adeſt? P. Polyhymnia. H. Vates
Anne hic? P. Non: mater vatis humata jacet.
H. Dic vero cujus? P. Dyrcaeis, carmina rebus
De ſactis pangit qui Venuſina modis.
H. Fabricium dicis? quis moribus illa? P. Pudicis.
H. Vita. P. Quae pauper, ſed ſine labe fuit.
H. Qua pietate virum coluit? P. Poſt fata maneret
Illius, ut viduo per tria luſtra toro.
H. At non eduxit ſobolem bene. P. Cur juvat ergo
Fabricios probitas, officiique decus?
H. Quam placide vitam mutavit morte? P. Redemtos
Quam qui ſe credunt ſanguine, Chriſte, tuo.
H. Sunt ſatis haec: cineri ſit pax, requiesque ſub urna
Ambroſio aeternum buſta liquore fluant.

Itinera Italica Georgii decoravit Noſter Carmine, quod legitur Epigr. L. 3. p. 544. alio Carmine ornavit Georgii Romam. p. 554. Cum in Horatium commentarium ederet Fabricius, Carmen ei transmiſit Noſter, quod vid. Libr. 3. Epigr. p. 565. Poetas Chriſtianos edituro Fabricio gratulatus eſt Noſter Carmine Libr. 2. Aeoloſtich. p. 445. Non dicam de Carminibus, quibus viciſſim Georgius Chriſtophori Schellenbergii, & Annae Siberae, nuptiis vota fecit. P. I. Poem. p. 134. aliisque, quae in verae amicitiae notam conſcripta ſunt. Extat quoque eruditum Carmen C. Schellenbergii, quod G. Fabricii Annalibus urbis Miſenae in notam verae amicitiae ipſe praemiſit p. 10. Fuerunt alii eruditi viri hujus mutuae amicitiae, quae inter Fabricium & Siberum ob morum, doctrinae, & dignitatis, ſimilitudinem arctiſſima fuit, admiratores & teſtes. Prodeat M. Chriſtophorus Caeſar, Scholae Halenſ. Rector, qui in effigiem A. Siberi carmen evulgavit Elegiacum a Celeberr. Dn. M. Vinholdo humaniſſime mecum communicatum, in quo comparationem inter G. Fabricium & A. Siberum inſtituit, edit. VVitemb. Typ. Simon. Gronenberg. 1594.

Innumeris cumulare bonis cum Miſnidos oram
Vellet, cuncta fluunt quo bona fonte, Deus,
Fabricio adjecit docto doctum ipſe Siberum,
Vicino atque virum junxit utrumque loco.

Ambo

Ambo pares aetate, fide, virtutibus ambo,
Ingenio, patria, sedulitate pares.
Ambo pares studiis, meritis, industria & arte,
Instituendi etiam prosperitate pares.
Ambo sibi nexu interioris amoris honesto
Juncti, animo ambo sibi conveninete pares.
Hinc tot, equo se ceu Phrygio effudere celebres
Doctrina titulis & pietate viri.
Rarus ab Imperio locus inveniatur in omni
Quin fide alumnorum, nota utriusque fides.

Eadem de amicitia Siberi & Fabricii sentit Auctor Programmatis Exequialis in funere A. Th. Siberi P. P. in Academ. Vitemberg. quod legitur in Elog. praecocium ingeniorum summe Rever. D. D. Goetzii p. 65. Ut A. Siberus & G. „Fabricius pietate, eruditione, ingenii monimentis, nominisque celebritate, ap. exteros „quoque clarissimi fuerunt, & amicitia sanctissima inter se perpetuo conjunctissimi: Sic gratam sui memoriam ambo non minus in sobole „generosa, quam disciplinae suae alumnis, reliquerunt, qui parentum ac magistrorum suorum „gloriam, functionibus praepositi honestissimis, conservare & illustrare hactenus summa cum laude studuerunt. *Basilius Fabricius*, Graecae linguae peritissimus fuit, de quo Albinus in Chron. Misenensi f. 363. qui postea Argentorati Typographiam constituisse dicitur, ut Celeberr. Du. Schreberus in vita G. Fabricii confirmat.

mat. p. 16. In nuptias hujus Blasii conscripsit Carmen Adamus, quod continetur Libr. 3. Epigr. p. 557. *Jacobus Fabricius*, bonis artibus egregie politus, qui Germaniam, Galliam, Italiam, Angliam, atque Belgium perlustravit, & nobiles juvenes Ebelebios omni doctrina, honestisque moribus instituit, quorum in variis itineribus comes fuit. Tandem Halensis scholae Rector factus. Hunc eodem fere, quo fratrem Georgium, prosecutus est Noster amore, quod testatum fecit Carmine nuptiali in nuptias Jacobi conscripto:

Sed tamen animo, si corpore
Minus, tuis futurus inter gaudiis,
Precor tibi, tuaeque Margiridi torum
Faustumque felicemque proventu annuo
Et uberem.

Nec in funere ejus defuit Carmine Adamus, in quo inter alia scribit:

Funera dum fratris luges, Jacobe Georgi,
Funere te subito mergit acerba dies,

Matthias Marcus Dabercusius, Praeceptor fuit primum Adami nostri, omni tamen tempore fidus amicus & Fautor, de quo a me satis dictum est supra, cum Praeceptores Siberi enarrarem. *Basilius Faber*, Soravienſis, Quedlinburgi atque Erfordiae in formanda juventute egregius Doct. fuit, quod videre licet ex Thesauro eruditionis scholasticae, de quo Dominus D. Ludovicus in Histor. Rector. P. I. p. 24. Ex multis

Digitized by Google

tis amicitiae cum Adamo noſtro cultae ſignis erit unum illud Carmen, quod noſter in Theſaurum ejus eruditionis ſcholaſticae ſcripſit, quod, ne pereat, huc apponam:

Quantam tempora poſt Boethiana
Jacturam Latiae loquela linguae
Paſſa ſit, monimenta barbarorum
Monſtrant, quae niſi nauſeante nulli
Paedore obſita, & obvoluta nocte
Verborum, ſtomacho legunt. Habenda
Major gratia quo Deo: favore
Cujus Auſoniae locutionis
Lux reducta decusque Tulliani
Sermonis, nitidum decus, ſuave
Dulcius mage, roſidisque favis
Meliſſae. Puerum influat minore
Qui labore, ut in ora, ſcriptiones
Tenellasque, *Soranus* ille multo
Congeſſit ſtudio; cui Camoenae
Applaudunt, Charites, Gratiaeque.

Joſephus a Pinu Auerbachius, Poeta laureatus, qui librum Eteoſtichorum, item aenigmata de annis natalibus illuſtrium ac clarorum virorum edidit Vitebergae excuſa ap. Jo. Luft anno 1565. 8. in cujus librum Ad. Siberus Carmen in teſſeram amicitiae mutuo cultae confecit, quod legitur in fine dicti libri.

XXVII. Neque tamen exiſtimandum eſt, hos commemoratos ſolum viros, eruditione & meritis praeclaros, ad amicitiam Si-

Digitized by Google

beri se adjungere enixe laborasse, sed fuerunt praeter illos multi nobilitate excellentes Patroni, qui insigni benevolentia, amore & studio nostrum prosecuti sunt, eique in labore & munere scholastico gratia sua calcar addiderunt, & patrocinio liberalique operae eum tuendum ornandumque susceperunt, ita, ut sub horum praesidio tuto conquiescere potuerit. Proferam ex multis quosdam, Jonam Zeschavium, Ulricum Mordeisenium, Volcmarum Ericum Berlepsium, Andream Caspar. Ebelebium, itemque Christophorum, & Fridericum Georgium, Ebelebios, Valentinum Gravium, Georgium Hirsfeldium, aliosque. a)

a] *Jonas a Zeschau*, nobilitate, sapientia, & virtute praestantissimus, Consiliarius fuit Illustriss. Electoris & Ducis Saxon. Augusti. Hic patrocinio suo nostrum complexus est, quod multis & egregiis laudibus extollit Adamus in Dedicatione Libri VI. Epigrammatum ad hunc Patronum facta, quae de eruditione & favore Jonae satis testatur, & meretur, ut hoc loco repetatur:

Qui genus exaequas pulchra virtute, dederunt
Quae tibi Pierides & sua dona, bonis:
Accipe parva tui Jona monimenta Siberi,
Qui te mente animi non simulante colit.
Improba non Cypris, sales, dicteria, sannae

Sed

Sed noſtro princeps carmine Chriſtus inest.

Quid mihi parva inquis: ſunt quae a me parva Patroni
Nomine quis dubitet magna futura ſui?

Cum Urſulam Taubenhaemiam domum duceret Nobiliſſimus Jonas, Carmine quoque nuptiali Patrono ſuo gratulatus eſt Adamus, in quo Nobilitatem literatam, venuſtatem pudicam, & Concordiam expoſuit, & ad horum conjugium eleganter applicavit. Primum laudat in Jona ſtirpis antiquitatem, & praeclaram eruditionem, pietatem inſignem, & dignitatem praecipuam. In ſponſa Urſula Taubenhaemia pulchritudinem, pietatem, & caſtitatem praedicat, quam Columbam merito nominat. Cum hac Columba concordiam perpetuam, & amorem Jonae promittit, & ſe ſuosque ſempiternae amicitiae commendat. vid. Libr. 2. Epigram. p. 524. *Ulricus Mordeiſenius*, natus 1519. & poſt varia ſuſcepta itinera Cancellarius D. Mauritii, Saxoniae Electoris factus, & fratri hujus Illuſtriſſ. Elect. Auguſto demum a Conſiliis intimis, in literarum & Juris ſcientia excellentiſſimus, qui & eloquentia inſigni praeditus fuit. Erant enim iis temporibus in aula Sereniſſ. Ducis Auguſti complures ejusmodi praeclari Viri & Conſiliarii. Mortuus Dresdae an 1574. de quo apud. Albinum Chronic. Miſenenſ. f. 369. Eximius erat hic Siberi Patronus, quem ideo etiam in Carmine, Pſalterio appo-

ſito, rogat, ut ſuos libellos Illuſtriſſ. Auguſto commendet, eique pro ſua autoritate legendos offerat. p. 282. ſcribens:

Mordſi, antiſtes ſacri clariſſime Juris
Miſniacique idem, gloria rare ſoli,
Quemnon per rupes ſed adimus florea teſqua
Exiguae veniam te mihi poſco morae,
Haec tibi commendo: tu vatis vela ſecunda
Des deſiderii, magne patrone, mei
Atriaque ut pateant noſtris Auguſta libellis
Expedias aditus, efficiasque viam.

Mox pergit alio loco A. Siberus eod. loco:

Ergo patrocinioque tuo mea ſcripta tuere,
Quod facis, & ſtudiis perge favere bonis:
Ut tibi non ceſſent Muſae benedicere, nomen
Perpetuoque tuum fama loquatur onus.

Volcmarus Ericus a Berleps Patrocinio & favore ſuo complexus eſt Siberum, imo totam Siberianam familiam, cujus patrocinii ſe teſtem praebet omni exceptione majorem, filius Adami, Ad. Theodor. Siberus, Volum. I. Or. & Pr. Academ. p. 178. ubi in praefatione prima Commentarioli ſcholaſtici in Hiſtoriam Paſſionis Patris ſui, laudat Volcmari Erici, & Conradi Thielii, a Berleps favorem & benevolentiam, his verbis; Quia parens meus hoc „ipſum Commentarium ad vos mittere ſtatue„rat, ſi ante in lucem prodiiſſet, quam ipſe „e vita diſcederet, nefas eſſe arbitratus „ſum committere, ut illud ad nomen alterius

nunc

"nunc transiret, patronosque mutaret, præsertim "cum vos eos esse constet, qui in isto dignitatis "gradu collocati, rerum tamen cognitione nihil "ducatis antiquius: literas vero, quibus ipsi singu- "lariter excellitis, quae vos aeternis laudibus illu- "strant, amare in aliis, ac studiis vestris soleatis "prosequi. Quam rationem judicio primum suscep- "tam, consuetudine hactenus confirmatam, "si, quod facitis, retinueritis, tantum vobis li- "berales disciplinae debebunt, quantum posteritatis memoria persolvere vix unquam possit. Scripsit quoque Noster Carmen ad Volcmarum Ericum de meritis Christi Salvatoris, generis humani optimi, quod legitur Lib. 1. Epigr. p. 493. *Andreas Caspar ab Ebeleben*, Dominus haereditarius in VVartenburg, qui olim discipulus G. Fabricii fuit, sicut Celeberr. M. Schreberus in vita Fabricii p. 254. exponit. Hic multis beneficiis Adamum nostrum affecit, suoque patrocinio omni tempore dignum existimavit. Quod ipse Adamus fatetur. Cum enim Lacrymas amicorum & Tumulos recentes in lucem aspectumque proferret, dono quoque misit editionem Nobiliss. Dno ab Ebeleben, & sua manu libro, quem possideo, inscripsit haec verba: GENEROSO ET NOBILI VIRO D. ANDREAE GASPARI EBELEBIO, AMICO ET PATRONO SUO AD. SIBERUS d. d. VII. KL. VIIbris, M DLXXVIII. In nuptias Casp. Ebeleben, & Catharinae Canniæ, Car-

men confecit, quod legitur Tumul. Lib. II. p. 262. *Chriſtophorus ab Ebeleben*, frater Andreae, bene quoque voluit Noſtro, & multa ei beneficia tribuit. Quare Adamus in hujus obitum Epicedium fecit, in quo ejus prudentiam & virtutem bellicam praecipue laudat. vid. Tumul. Siberi. *Fridericum Georgium ab Ebeleben*, juvenem pariter laudat, & demortuum, tanquam florem gentis Ebelebiae, in Epicedio deplorat, quod legitur Libr. II. Tumul. p. 538. P. I. Poem. Totam Ebelebiorum gentem bene voluiſſe Adamo noſtro, vel inde conſtat, eo, quod in ejus inſignia Carmen elaboravit, & eidem Librum 3. Epigrammat. inſcripſit, ut videre eſt in Poem. p. 539. quod ſic habet:

Palladios monimenta gerit, Martisque colores
In clypeo quare gens Ebeleba ſuo?
Candida pacifici ſignant, prudentis & arma,
At bellatoris lemmata rubra viri.
Et pacis ſimul & ſimul artibus inclyta belli,
Atque Ebeleba fuit, atque erit usque domus.

Valentinus Gravius, Senator Freibergae, & Gymnaſii illius Ephorus, & in colligendis decimis e metallifodinis capiendis Sereniſſ. Electoris adminiſter fuit, qui juxta Moller. in Chron. Freiberg. P. I. p. 382. a. 1555. mortuus eſt. Magna hujus in le merita Adamus noſter

ſter praedicat, & neſcit fere, quibus ei verbis gratias agat, pro inſigni illa benevolentia & liberalitate, ſibi praeſtita. Inſcripſit ea de cauſa ei librum I. Hieroſtichon, inter alia ita canens P. I. Poem. p. 312.

At tu, quo felix dives Freiberga metallis
Cive, mihi nunquam diſſimulande *Gravi*:
Et nivei mores cui ſunt, & pectora nondum
Protrita multo candidiora nive.
Accipe, non magnis quae Muſa ingeſta libellis
Ingenii donat munera noſtra tibi.
Non tua pigra meis fuit unquam gratia, rebus
Non aliqua officii pars mihi clauſa tui.

In mortem repentinam conjugis ſuaviſſimae Helenae Carmen lugubre & conſolatorium conſcripſit Adamus, ad declarandum gratum animum ſuum, ubi loquentem Helenam inducit, quae Hieronymi V Velleri filia fuit, & digna illo patre, & marito Gravio, pia inſuper & caſta, quae bina ei pignora dedit, prout confirmat Libr. I. Aeoloſtich. p. 397. P. I. Poemat. quae omnia in morte Valentini Gravii denuo repetit Noſter, ut in Libr. Tumul. p. 587. videre licet. In eodem libro Tumulor. p. 597. in mortem Valentini Gravii Carmen confecit, in quo ſe gratum memoremque beneficiorum Gravii praeſtat, ſcribens:

Certe ſi Gravium minus parente
Deplorem ipſe, quis aſſis aeſtimandum

Me

Me putet? Gravii in me amor fidesque
Tantus extitit optimi: Siberus
Te vero tuus omnibus diebus
Lugeboque Gravi, vocans quotannis
Manes terque quaterque amariores,
Et fundam gemitus, colam sepultum.
Quem vivum colui, dabo coronas
Cum fletu tumulo tuoque. Nam qui
Non amici amat ossa, non amabat.

Georgius ab Hirschfeld, Dominus in Bela & Ottervvischa, magno quoque amore & liberalitate Adamum nostrum complexus est, in cujus rei memoriam & ad gratum animum declarandum, sepulchralem inscriptionem in ejus honorem composuit, quae in Libr. Tumulor. legitur, in quo inter alia scribit:

Bela domus vivo fuit Ottervvischaque: coeli
Nunc Christi merito sede beatus agit.

XXVIII. Quo major vero doctrinae & virtutis splendor in Adamo nostro fuit, eo illustrior quoque ejus nominis & laudis fama facta est, quae non tantum inter viros eruditos, & nobiles ejus aetatis, versata est, sed in aulis Principum praecipue floruit, qui hunc sua gratia & beneficiis, quamvis in sudore & pedore scholastico haerentem, non indignum judicarunt. Ita de Jo. Alberto, Duce Megapolitano, & Vandalorum Principe, atque de Sigismundo Augusto, & Joanne, ejus filiis, con-

conſtat, quod Siberum noſtrum ejusque ſcripta in deliciis habuerint, & multa liberalitatis ſigna ei exhibuerint. a) *Eodem modo Henricus pius, Saxoniae Dux, ejusque filii, tanto Patre digni, Mauritius, & Auguſtus, Duces Saxoniae, & Electores, Adamum ſibi tuendum ornandumque ſuſceperunt, & pro ſua munificentia filiis ejus & nepotibus locum gratuitum in ſchola noſtra conceſſerunt, quo Siberi poſteri etiam noſtris temporibus, ſi digni ſunt, & deſiderant, fruuntur, neque minus Joannes IX. Antiſtes ingenuae Eccleſiae Miſenenſis, ſuo auxilio & praeſidio eum juvare non dubitavit.* b)

a) *Joannes Albertus*, Megalburg. Dux, & Vandalorum Princeps, doctrina & virtute clarus fuit, & ſtili praecipue elegantioris cultor, qui Epiſtolarum Ciceronis cupidiſſimus nunquam non eas ſecum portavit, & diligenter legit, quod Burckardus docet de Fatis L. L. in German. Libr. V. p. 415. Hic tanta in Siberum noſtrum benignitate & voluntate fuit, ut ad literas ejus reſpondere non detrectaverit. Adamus Principi huic partem primam Poematum ſacrorum ſacravit, & verſibus quidem, quibus canit:

Tuque Henetae Princeps laus & nova gloria gentis
Balthico, quo majus non habet ora decus

Ex-

Excipe Johannes vultus Alberte ſereni
Et mea pacato lumine ſcripta lege.
Nec vero inſigni non amplexaris amore
Doctrina cultos, cultior ipſe, viros.
Scimus enim terſae quae ſit facundia linguae,
Auſonio quoties te juvat ore loqui.
Scimus & ad rectas tulerit qui te impetus artes,
Hinc res notitia non minor ulla tua eſt.
At quibus impenſis Muſis facis otia, largae
Quae morum dextrae praemia doctor habet.
Nam mentis Princeps qua vi, Clariſſime, praeſtas
Ingenioque bonus judicioque bonus.

In obitum doctiſſimi hujus Principis Carmen pariter elaboravit Noſter, quod in Tumulis recent. legitur, in quo doctrinam & virtutem ejusdem maxime laudat & extollit. *Sigismundus Auguſtus*, optimi hujus parentis optimus filius fuit, quem Patronum pariter & Maecenatem habuit Noſter, cui dedicavit Libr. II. Epigrammat. ut videlicet P. I. Poemat. p. 502. et p. 504. ubi boni patris voluptatem, et piae matris delicias, eundem appellat, et ab eo petit, uti munuſcula non triſti fronte ſumat, ſed manibus benignis terat. Laudat Joannis filii Alberti liberalitatem p. 454. ad quem Carmen ſcripſit Epigr. I. 497. et 466. *Henricus Pius*, Dux Saxoniae, multa beneficia

ficia, pro sua munificentia Nostro tribuit, quae non minus, quam ejus emendandae et repurgandae a Pontificiorum quisquiliis religionis curam Libr. Tumul. p. 575. P. I. Poem. laudat:

Haec Henrice tibi statuit monimenta sepulchri,
Pro meritis populus, pro pietate tuus;
Adiicit & fletus, nec non bona verba, precesque
Et quaecunque tui munera poscit amor,
Nostra quidem gavisa fuit te Misnia parvo
Tempore, quod regni frater haberet opes.
Non Dominum, sed te sensit tua terra parentem
Usa sui miti Principis imperio.
Ignavum templis monachos pecus ejicis, omnes
Sacrificum inceptae nequitiaeque dolos, &c. &c.

Mauritius, filius hujus Henrici Pii, Dux et Sepetmvir Saxoniae, non minus insigni virtute bellica, quam amore et studio literarum, et favore in Musarum cultores, clarus. Unum hunc Siberum prae aliis dignitate, honore, multisque beneficiis, dignum existimavit. Neminem enim ad Spartam Rectoris, in hac schola, primum constituenda, exornandam aptiorem putavit, quam Adamum nostrum, qui ex commendatione Joannis Rivii Electori Serenissimo ob egregiam pietatem et eruditionem, jam innotue-

tuerat. Inde etiam factum est, ut Divus Mauritius Rectori nostro, ob meritorum et virtutis praestantiam, Diplomate publico, locum in hoc Gymnasio Electorali inter alumnos clementer concederet, et juberet, ut hic locus filiis Siberi, nepotibus, serisque ejus posteris ad studia literarum aptis, quicunque tandem futuri sint, pateret, illisque nunquam denegaretur. Qui locus in hunc usque diem *Siberianus* dicitur, quem et Augustus Elect. Saxon. confirmavit Nostro, ejusque filiis. Itaquoque appellatur in Catalogo locorum, qui civitatibus Saxoniae et Misniae in schola Elector. Grimensi, item familiis et aliis, tributi sunt, quem ex Annalibus MS. p. 10. seq. hic appono:

Series Locorum, qui Civitatibus, Familiis, aliisque, in schola Provinciali Grimensi assignati sunt, praeter IX. illos, quos ipse Serenissimus Nutritor gratiose confert, & VI. quos Sacerdotum filiis, & IV, quos Famulis, praebet.

Civitates in Electoratu Saxonico habent Locos:

VVitteberga	3	VVahrenbruga	1
Torgavia	3	Bitterfeldia	1
Prettinum, vel, ut alii volunt Brettinum	1	Brehna	1
Belgerana	1	Beltigium	1
Graefenhaenichia	1	Hertzberga	1
Kemberga	1	Liebenvverda	1
Schliebena	1	Schmiedeberga	1
Schvveinicium	1	Ubigavia	1
		Jessena	1

In-

Cygnea	3	Coldicium	1
Grima *	2	Dippoldisvvalda	1
Rochlicium	2	Dubena, referebatur olim ad Electoratum vid. Cnauthii Prodr. Miſn. p. 161.	1
Mittvveida	2		
Schneeberga	2		
Ileburgum	1		
Leisnigium	1	Geithena, vel aliis, Geitana	1
Schvvarzenberga	1		
Borna	1	Nauenhoſium	1
Bucholdinum	1	VVerdavia	1

* Praeter hos duos locos Grimenſium etiam Civitati primis temporibus a Sereniſſimo Conditore ſex pueros, ut Lectiones audirent, & diſciplina ſcholaſtica uterentur, in Gymnaſium noſtrum mittendi datam eſſe facultatem, Annales Scholae MS. p. 13. his verbis confirmant: Anfänglich wurden auch 6. Knaben der Stadt Grim, über die 2. Gnaden-Knaben, zugelaſſen, ſich aus der Stadt in die Lectiones zu begeben, und ſich der Lehr- und diſciplin zugebrauchen, und ſolches der Urſache halben. 1.) Daß Sie die eingeräumte Kloſter-Wohnung wieder zur Schule abgetreten 2.) Daß Sie der Schul übergeben den Raum in der Mulda zu fiſchen über dem Wehrde an der Mühlen, biß hin auf an den Clauſenſtein.

Praeter hac Civitates habent Locos:

Illuſtris Kyſevvettorum familia.	1
Adami Siberi, primi Rectoris, familia	1

Digitized by Google

Qui locus Siberianus vocatur.
Praeceptores hujus Scholae 1
Recipiuntur quoque Alumni plures extra hos in ſcholam Provincialem Grimenſem, qui ſolvunt per annum victu his temporibus 20. florenos. Primis vero temporibus 15. tantum florenos ſolverunt, ut ex Annalibus MS. appar. p. 9.

Hoc beneficio ergo multi Siberi nepotes et abnepotes olim fruiti ſunt, et adhuc, ſi deſiderant, ex liberalitate et gratia Sereniſſimi et potentiſſimi noſtri Regis, et Nutritoris Clementiſſimi fruuntur. Sunt literae in manibus meis MSS. Mariae, viduae Henrici Dionyſii Siberi, Paſtoris Sprottenſis, Adami noſtri filii an. 1642. d. 15. Auguſti ad Rectorem & Oeconomum Gymnaſii Grimenſis ſcriptae, quibus filium, natu majorem, Martini Schvvemleri, ſanguine ſibi juncti, Organoedi Grimenſis, commendat, ab iisque petit, ut locum Siberianum, a Divo Mauritio, Elector. Saxon. benigne conceſſum, ei conferant, cum nemo in Siberiana familia hoc beneficio dignior adſit. In obitum Mauritii Ducis & Electoris Saxon, elegantiſſimum conſcripſit Carmen Siberus, quo virtutem & prudentiam ejus praecipue grata mente commendavit, quod legitur P. I. Poem. p. 598. *Auguſtus*, Sereniſſimus Dux & Elect. Saxon. Patriae Pater certiſſimus fuit, qui pietatis, eruditionis, & pacis amans, ſicut Muſarum cultores omnes ſtudio & amore complexus eſt: ita praecipue Adamo noſtro

ſtro multa & magna beneficia praebuit. Tentavit id pro venae ſuae poeticae felicitate, qua pollebat, in praefatione ad Pſalterium ad Sereniſſ. hunc Principem ſcripta, facere, ubi merita ejus egregie decantat:

At cum quaerendus nobis foret autor, inire
In vulgum ducens praeſcripto nomine cujus
Tutum poſſet iter ſacrae labor iſte Camoenae,
Quam tibi, cui potius, Princeps, de more dicarem,
Auguſte, illuſtrem trabeaque inſignis & enſe,
Qui nunc Septemvir geris Electoris honorem
Saxonici. Tibi enim ſacrae non pectus inane
Doctrinae eſt, hominum, quae purgat corde, reponit
Nosque inter coeli proceres, & alisque foveſque,
Quae famae Heroum tranſcribunt nomina Muſas &c.

Inprimis laudat hunc Principem Auguſtum Carmine quodam quod pacis amans perpetuo fuerit, & Muſis hoſpitium praebuerit, P. I. Poem. p. 508. De verae religionis amore Auguſti Carmen habet Adamus noſter, ibid. p. 527.

b.) *D. Joan. IX. Antiſtes* ingenuae Eccl. Miſenenſis Epiſcopus, Patronus & Maecenas Noſtri fuit ſingularis, qui eum multis magnisque beneficiis, & inuſitata benevolentia, dignatus eſt, ad quem igitur grato memorique animo commotus

Digitized by Google

in dedicatione ad Commentar. Scholastic. in poenitentiam Davidis e ludo illustri Grimae Cal. Nov. 1571. scribit: His laboribus tuum, Patrone, nomen praefigere volui, tum iis dignitatis ut aliquid accederet ex amplitudine Principis boni, humani, eruditi, amantis doctrinae coelestis, & tranquillitatis Christianae cupidi; tum etiam, ut pro multis & magnis, quae mihi meisque dedit, & nunc quoque dat, clementiae tuae munificentia, beneficiis gratiam, quantam possem, referrem. Ita Epigramma in C. Contareni librum de Republ. Veneta ad amplissimum hunc Praesulem, a quo acceperat, confecit, quod legitur Libr. V. Epigram. p. 261.

Do tibi, non habeo quod ego ipse, amplissime Praesul,
Et nunquam habebo, nec si haberem, unquam darem.
Tu nobis, quod habes, habuisti, & semper habebis,
Das & libenter, & dedisti, & adhuc das.
Namque sit unde mihi Venetae Respublica gentis
Donavit, & quis regna vel carissimis?
At tibi & est, fuit &, mihi quem largiris amorem
Et ut diu sit a Deo Christo, precor.

In villam ejus suburbanam pariter Epigramma elegantissimum composuit, & vestibulum, januam, mensam, ornatum aedium, & Bibliothecam,

cam, laudat ibid. p. 264. Librum II. Pietatis puerilis huic amplisſ. Epiſcopo dedicavit, ut videre licet P. 2. Poemat. p. 394. carmine ſcripto, in quo teſtatur: in ejus nomine ideo apparere hunc librum voluiſſe, eo, quod ei verbo Dei carius nil ſit, ſuperſtitionibus valere juſſis, & quod literas humaniores magni faciat, & quae ejus ſit facilitas, in ſuos ſit liberalis, & ut tantum mentis piae memorisque ſignificatio extet pro benignitatis clementia.

XXIX. Non ſatis vero fuit iſtis temporibus, Adamum noſtrum eruditorum Virorum, Nobilium, ut & ſummorum Principum, amicitia, benevolentia, & gratia, dignum fuiſſe judicatum; ſed inſuper in doctiſſimorum ejus ſeculi hominum ſcriptis multis encomiis ornatus legitur. Ita praecipue laudes Siberi ad ſeros usque poſteros transmittere ſtuduerunt, Jacobus Furmannus, & Martinus Hayneccius, diſcipuli primum, poſtea etiam genuini ſucceſſores ejus, quibus Philippum Melanchthonem, & filium, Adamum Theodorum, teſtes, omni exceptione majores, merito ſubjungo. a) *Non una vero ſolum de cauſa Adamum noſtrum laudatum legimus; ſed quidam eruditorum ſtili ejus elegantiam, & Carminum ſuavitatem praecipuam laudarunt,* b) *quidam pietatem, fidem, & induſtriam*

in labore ſchol. praedicarunt, c) *quidam alias Siberi virtutes laudandas ſuſceperunt, & praedicatione dignas aeſtimarunt.* d)

a.) *M. Jacobus Furmannus,* diſcipulus, gener, & ſucceſſor Siberi, in Epiſtola Dedicatoria Part. 3. Margaritae ſcholaſticae praemiſſa in Siberi laudibus recenſendis copioſus eſt, cui eo major fides habenda, quo propius & familiarius cum eo versatus eſt, & quo magis omnes ejus virtutes inſpicere potuit. Quod vero doctor fuerit pius, fidelis, peritus, laborum amans, autoritate venerabilis, & patiens in adverſis, multis verbis citato loco probat, quae ſingula cum ſuis locis ſupra demonſtrata ſint, nolo jam ex hac dedicatione repetere. *Martinus Hayneccius,* ut ſaepe dignis laudibus ſuum ornavit Praeceptorem: ita praecipue in Carmine illo, quod Libello ſuo, cui nomen eſt Almanſor, appoſuit, laudavit:

Summum Siberum conveni meum Scazon,
Doctum poetam, Phoebaei Patrem coetus,
Qua Mulda propter limpidiſſimus Cremae
Auguſta, magni Principis ſacro nutu
Dicata Chriſto, literis Muſisque.
Lycea, montis aſperi tegit ſylvam.
Hic ille vel corona cinctus attenta
Diſcentium, regale Pſaltis, aut ſacri
Opus Maronis, aut Tulliive ſpectandus
Autoritate, magnus explicat doctor,
Formatque dexter ſeminarium Chriſto,

Vel

Vel ille mente libera sibi tandem
Vacans, Hymettiaeque jam floſculos inſtar
Apis legis &c,

In Carmine an. 1608. d. 14. Sept. in natali ſcholae noſtrae dicto, et a Celeberr. M. Vinholdo, Rectore Cygneo, mecum communicato, Praeceptores ſcholae enumerans de Noſtro ait:

Hos inter claſſem Siberus ducit Adamus,
Arte vir ingenioque potens, Latioque politus
Eloquio, gravis, aſſiduus, patiensque laborum,
Cui prius haud aliquid ſincero dogmate Chriſti,
Vivaque tanta viri monimenta et ſcripta loquuntur.

Philippus Melanchthon in Epiſtola ad Ad. Siberum anno 1559. d. VII. Nov. ſcripta, quae Pſalterio Adami praemiſſa eſt, his eum elogiis „ornat: Clariſſime Vir, καὶ τῷ Θεῷ καὶ ταῖς „Μούσαις φίλτατε. Oro filium Dei, cuſtodem „Eccleſiae ſuae, ut in hac regione ſua dona tuea„tur, & ſervet hos coetus, quos tu, & alii ſimiles, „docetis, qui quidem piis votis ipſum invocant, „te precationum verba & numeros praeſcriben„te, ut ex ore infantium & lactentium celebretur „Deus. Inſpexi autem ſcriptum tuum, & qui„dem Pſalmos praecipue, & ſum delectatus & proprietate & venuſtate. Nominat ibidem poemata ejus dulciſſima, quae lectores invitent, ſine aliena commendatione. Ita et Melanchthon in Epiſtola ad Comites Lippienſes Poemata

Noſtri commendat: Deo gratias ago, quod Germaniae dedit egregios Poetas aliquot, quos et erudita antiquitas probaſſet: Eobanum, Sabinum, Stigelium, Micyllum, G. Fabricium, *Adamum Siberum*, et alios. Horum ſcripta inter vetera poemata legere juniores etiam utile eſt, ut conſiderent exempla, quae oſtendunt, quomodo veri Dei laudes in Eccleſia Carminibus celebrare poſſint. *Adamus Theodorus Siberus*, filius Adami, in epiſtola ad Janum Gruterum anno 1615. ſcripta, ſupra ſaepius citata, omnes Patris ſui virtutes complectitur. In Praefatione, Paſſionali praemiſſa, ad Ericum Volcmarum et Conrad. Thiel. a Berleps pariter Patrem ſuum ex meritis collaudat, quae et vol. I. Or. et Pr. Acad. p. 179. legitur: Ita ſeſe in ſcholaſticae vitae genere geſſit Pater meus, ut fideliori inſtitutione conferre illi paucisſimos poſſimus, diuturniore autem hujusmodi cum laboribus et moleſtiis conflictatione neminem debeamus anteponere &c. Ita p. 186. in Epiſt. ad Rev & Ampliſſ. Decan. & Sen. & Nobiliſſimum & Doctiſſimum Canonicorum Wurcenſium Collegium, nominat patrem ſuum, Virum optimum & doctiſſimum, & p. 187. appellat Roſcium in diſciplina ſcholaſtica. In praefatione ad Paul. Helwichium Verſionis poeticae Cantici Canticor. Solomonis Patris ſui, nominat eum Catullum Chriſtianum, ſcribens an. 1608. Verum ut ad rem, atque ad Te, redeam, Paule, hunc tibi Catullum Chriſtianum, an Ecclc-

„cleſiaſticum ? ſolennis Hymenaei vicem, iſto „tuo tempore, habe. Quem pluribus commen„darem, niſi parentis mei foret, ut omnino non „laudarem, nec ſi hoſtis mei eſſet, committere „unquam potuiſſem.

b) Felicitatem venae poeticae, & ſuavitatem Carminum Adami noſtri, multi praedicant, quorum elogia audiemus. *De Philippi Melanchtonis* judicio jam ſupra dictum eſt. Poſt hunc ex merito commendat Adamum noſtrum *David Chytraeus* in epiſt. ad A. Theodorum Vol. I. Or. & Pr. p. 296. ubi Ad. Siberum Virum clariſſimum & amicum, ac Collegam ipſius, Georgium Fabricium, vates pios, & Chriſto digna locutos, & vere Chriſtianos Pindaros, optime de re literaria, non in Miſniae ſolum, ſed totius etiam Germaniae, ſcholis meritos appellat. *Gregorius Bersmannus* ſuffragatur laudatoribus Siberi in Dedicatione Poematum ad D. Jo Poſthium, ubi Adamum virum & poetam optimum, doctrinaeque eruditae copia, facultateque eximia, praeditum commendat. Quod ipſe facit in Carmine nuptiali, in C. Schellenbergii honorem, ſcripto:

Fabricii faciunt ac proxima palma Siberi,
Certet ut Auſonio Miſnidos ora ſolo.

Theodorus Zwingerus in epiſtola ad Blaſium Fabricium Baſileae a. 1580. ſcript. quae Vol. II. Or. & Pr. Acad. legitur, pia & elegantia Siberi noſtri poemata celebrat, & miratur, Siberum

Digitized by Google

cum paucis aliis in tanta rerum omnium propediem imminentis perturbationis expectatione, Musas ex sacro Helicone excire potuisse. *Olaus Borrichius* in Dissert. de Poetis Germ. dissert. IV. celebrat naturae habitum in re poetica scribens: Adamo Sibero vena fluxit lenis, amoena, composita: sive enim Proseuchas, sive Aeolosticha, intueamur, sive demum Epigrammata, improbari nequit, nisi sublimia ructantibus. *Paulus Didymus*, discipulus olim Adami, Praeceptorem suum in Tumulis recentioribus alterum Ovidium nominat. *Lotichius* in Biblioth. Poet. p. 3. indolem poeticam Adami nostri inprimis celebrat, & scribit, quod coelesti velut nectare temulentus Musas illas suas, cum Phoebo praeside, Carminibus, ingenua simplicitate apprime scriptis, deinceps prosecutus sit, & istis Genii ingeniique muneribus insignis inter praecipuos ejus temporis poetas floruerit, aetate communis illius Germaniae Praeceptoris, Philippi Melanchthonis, & Joachimi Camerarii Cl. Cl. V. V. Ita *Jo. Posthius* Germersheimensis, Medicus, in Parergis Poet. P. I. p. 166. Adamum nostrum cultissimum Poetam praedicat Carmine;

Aurea felici quae fundis carmina vena
Ex Aganippaeo non tibi fonte fluunt;
Sed geris aethereo saturatum Nectare pectus,
Et movet ipse tibi linguam animumque Deus.

Hinc

Hinc tam rara tuos commendat gratia verſus
Vena tibi ex iſto fonte, Sibere, fuit.

Copioſus eſt *Jo. Bocerus* in Fribergo ſuo, Lipſiae in officina Valentini Papae an. 1553. edito, poſt Fabricium in Siberi, Poetae felicisſimi, commendatione lit. F.

Hic quoque praeſtantem ſimili quid laude *Siberum*
Extollam? tanti fuit haec quoque clara Poetae.
Urbs o doctiloquis nimium dilecta Deabus.
Hunc quoque Caſtalio divae fovere ſub antro,
Et trinae Charites, & carminis autor Apollo.
Ingenio quo altus ſuavi Muſasque lepore
Miſcet, & aeternae quærit ſibi nomina famae,
Huic & laude chelys cedet Pineia vallis,
Hic licet Amphiron, vel certet carmine Linus
Illius & Muſae quando cadit iſta, peribunt,
Quae tenet impoſitum validisſima machina mundum.
Hos ego præclaros quo digner honore poetas?
Sunt juncti patria, ſunt junctae Carmine vires,
Inſignes ambo, praeſtantes laudibus ambo,
Et cantare pares, & ſuaves redderc voces.
Tempore & hos uno, Parnaſſi in rupe vagantes
Ut videt, alloquitur Muſis comitatus Apollo:
Creſcite Chemnicii juvenes, mea creſcite fama,
Creſcite, Caſtalii decora immortalia fontis

Haec

Digitized by Google

Haec mihi concinnnant quae doctae laurea Muſae
Veſtra coronabunt altisſima tempora ſerta,
Famaque Teutonicis vos magna ſequetur in oris.

Idem *Jo. Bocerus* in Epithal. Schoeſſeri p. 259.

Vicinus patria, vicinus & arte, Siberus
Fabricio, doctas novit & ipſe Deas.
Altaque coeleſtis reſerant ſacraria fontis.
Carmina dat ſacris uberiora modis.
Anxius & querulas imitatus Carmine voces
Davidis veterem tangit amatque chelyn.

Ita quoque *M. Laur. Finckelthuſius*, poemata Siberi commendat & celebrat innuptiali carmine M. Trautneri, quod legitur in Tumul recentibus:

Ecce tibi natam, natam tibi jungit, & arte
Clarus, & eloquii dote, *Siberus*, ovans.
Ille bonus tenerae dux pubis amorque *Siberus*,
Ille poetarum gemma nitorque chori.
Gloria cuique ſua eſt: Hunc qui celebrare Magiſtrum
Sedulus Aonia geſtit in arte puer;
Non ipſum ſtudii, non lapſi poenitet unquam
Temporis, excultum moribus, arte gravem.
Hic facit, & felix Bersmanni Muſa diſerti
Itala Miſnenſi cedat ut ora ſolo.

M. Chriſtianus Fridericus Wiliſchius in epiſtola gratulatoria de claris Schellenbergiis a. 1713. Annaeberg. edita Adamum noſtrum

ſtrum magnum eruditione Virum & poetam ſuaviſſimum, appellat. Miratur etiam *Aegidius Periander* Siberi noſtri eruditionem & ſcientiam rei poeticae in Germania, p. 6. ſcribens:

Arma tuae patriae cunctis miracla videntur
Miratur plectri Pieris arma tui.

Neque intermittit *M. Valentinus Albertus*, in renunciatione Magiſtri Joachimi Felleri, Cygnei, ex familia Siberi orti, anno 1660. Lipſiae facta, Adamum noſtrum collaudare, his quidem verſibus:

Scilicet eventu metiri facta Poetis
Tecum aliter fieri, Fellere, decebat,
Quam verſus facili poſſes conſcribere cura
Audiitin patria Cygnos quae nominis haeres
Zwiccavia eſt, dulci modulantes voce Meliſſus,
Dulcior ipſe Cygno vates, Germanus Apollo,
Ominis haec momenta boni non infima pandunt
Sed propius tibi vena calet, quae ſanguine divo
Purpurat Aonidum, Vatique alimenta miniſtrat,
Cum gentem pars ipſe tuam *Siberus* honorat
Notior illius jamdudum fama poetae,
Carmine non melius noſtro, quam vimine cribri
Claudi Mulda poteſt, qui tantum nomen adorat.

Ne-

Neque praeterire possum *Bailletum* in Libro Jugemens de Scavans T. IV. P. III. p. 342. de Adamo nostro judicantem: Ses Poesies sont „en deux volumes, & au sixieme tome des de„lices des Gretes Latins d'Allemagne. Il a fait des „Hymnes, des Epigrammes, des Fastes Eccle„siastiques. Il paroit par J. Andr. Quenstedt „que cet Auteur est fort estime dans toute l'Al„lemagne & M. Borrichius dit que sa veine coute „doucement & agreablement, qu'elle est regu„liere & modeste: mais que son stile ne „plaira peut-estre pas a ceux, qui ne cherchent que l'elevation & la grandeur, ubi Borrichii & Quenstedii elogia repetit, & pari laude Adamum nostrum mactat. *Clarmundus* in vitis clariss. Virorum P. VII. Poetam natum fuisse Adamum nostrum, et dotes animi ad hanc scientiam excolendam singulares habuisse, scribit, eamque ob causam eruditos viros dicere solitos esse:

Nescius est Phoebi, qui nescit acuta Siberi
Carmina.

Celeberrimus Dn. *Joachimus Fellerus in Cygnis* Quasimodogenitis a. 1686. Lipsiae editis, Poetam & Polyhistora appellat Adamum nostrum. *Henricus Pantaleon* in Prosopographia Heroum & illustr. Virorum P. 3. p. 548. scribit: Siberus Poeticae inprimis incubuit, & in ea facultate adeo profecit, ut doctissimis poetis merito connumeretur,

c.)

c.) Pietatis & induſtriae laudem multi pariter in Sibero noſtro celebrant. Ita *Thomas Faber*, Freibergius, in epiſtola Dedicatoria novae ſcholae Chriſtianae puerilis, ad Clariſſ. Virum, D. Joannem Naevium, illuſtriſſ. Saxon. Elect. Medicum primarium, Siberum pietate & doctrina celebrem appellat. Nec deeſt *Jobus Magdeburgus* ſuo elogio in Carmine quod nuptiis M. Furmanni ſacravit, in quo Siberum Virum bonum & amicum Muſarum merito nominat.

d.] *M. Tobias Schmidius*, in Chronico Zwiccavienſi p. 507. peritum probeque exercitatum magiſtrum, & celeberrimum Poetam, Adamum noſtrum fuiſſe affirmat, quod elogium iisdem fere verbis profert *Andreas Mollerus*, in Chron. Freib. P. I. p. 295. Dn. M. *VVagenero*, in Serie Collegar. Gymnaſ. Freiberg. p. 5. Poeta celebris dicitur. In primis vero operam dedit *M. Chriſtophorus Caeſar*, ſcholae Halenſis Rector Adami Siberi laudes Carmine decantare in effigiem ejus, ligno inciſam ſcript. & primoquidem pietatem & fidem Sib. ſic celebrat:

Ora refert culti Tibi picta tabella *Siberi*,
Non artem artificis pingere dextra poteſt
Adjecit tredecim luſtris tres integer annos
Vita fuit ſtudiis tota dicata piis.
Acta fuit trieteris ei vix ſexta, docebat
Artes jam magna dexteritate piis,
Propoſitumque decem premit hoc quinquennia fidus,

Nem-

Nempe tot optatus quot Jubilaeus habet.
Votum tandem addit:

Fabricios, Deus, o multos multosque Siberos
Da nobis: coetus creſcat ubique tuus.

Jo. Godofredus Olearius in Scrinio Antiquitatum p. 238. in Annotationibus, hac laude Adamum noſtrum mactatum fuiſſe ſcribit: Daß er die Jugend durch ſtätelibung wohl aufgemuntert, und durch ſeine Aufferziehung viel hochgelährte in allen Facultäten, auch ſonſt im gantzen Lande, nützliche Leute erzogen.

Summe Revendus Dn. D. *Godofredus Ludovici*, Director Caſimiriani Illuſtris Coburgi P. V. Hiſtor. Scholaſt. p. 201. Adamum noſtrum Virum de re literaria mirifice meritum appellat, ſimulque ejus Propemticnm ad Mart, Hayneccium, quod hoc loco repetere volui, Ambergam Grima diſcedentem profert, in quo inter alia ſic cecinit:

Genii comitentur euntem,
Inque via ſartum & tectum cum conjuge ſervent
Et grege natorum: donec ſiſtaris in urbe,
Agmine quam lenis ſecat inter Veſulus undae,
Qua cis Danubium ſe extendit Norica tellus,
Cui clypeo Leo Lutholdi genus aureus ardet
Fama Palatinae gentis *Ludovicus* ubi artium
Ambergam ſtudiis, doctis ornatque Camoenis.

XXX. In finitas igitur in pulvere circumvo-

volutus scholastico cum per quinquaginta jam annos, & hic, & alibi, devoraſſet moleſtias ADAMUS, omnique tempore in vocationis ſuae muneribus pie, diligenter, & integre, verſatus eſſet, multitudine tandem negotiorum confectus, & animi corporisque viribus debilitatus, male habere coepit. Siquidem ex continuis & aſſiduis ſcholae laboribus, & praeſertim difficultate, & anguſtiis illorum temporum, in quae hanc ſcholam illuſtrem injuria & perfidia triconis & Sicilicis, Udalrici Groſſii, Oeconomiae praefecti, conjecerat, morbum ſibi graviſſimum contraxit, quem Medicorum filii hydropem appellant, quo ex V. Calendar. Auguſti, usque ad VIII. Calend. Octobris laboravit, quo die quidem, Anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto, omni ſolicitudine animi, & dolore corporis, liberatus in dulciſſimo Servatoris ſui amplexu conquieſcens, ex his miſeriis ſcholaſticis in laetiſſimos ac beatiſſimos coeleſtis ſapientiae hortos digreſſus eſt, poſtquam XXXIV. annos in hoc illuſtri ludo Rectoris provinciam cum laude adminiſtraſſet, & annos LXVIII. compleviſſet. a.) *Quem praematurum Viri obitum non minus domeſtici, qui carum habebant, quam exteri,*

Digitized by Google

qui magni aestimabant, vehementer deplorarunt, & schola praesertim illustris suum ornamentum, vidua, liberi, & generi moestissimi, suum praesidium, totus literatus orbis, suum decus, & alumni, fidelem & optime meritum suum Doctorem & Patrem, in hoc amissum, desiderarunt. b.) *Sed cum vota sua & desideria irrita viderent, supremo tamen honoris officio, quod non sine acerbis lacrimis praestabant omnes, & exequiis satis amplis, Siberum condecorarunt, cum funus ex aedibus ejus rite solenniterque in aedem sacram Coenobii nostri, prout ipse dudum demandaverat, tumulo inferendum deduceretur, ubi monimentum ejus, lapidi tum inscriptum, nostris adhuc temporibus integrum apparet.* c.)

a) Quae in morbo gtavissimo, & obitu tristissimo Adami nostri acciderint, nemo melius & accurati9 observavit, quam Henric9, dilectissim9 Nostri frater, qui eo tempore Grimae praesens literas ad Joannem Schoefferum dedit, quae Francofurti ad Viadrum c um poe atibus Schoefferi an. 1585. editae sunt, in quibus de omibus hunc certiorem fecit, simulque in honorem fratris Epicedium ab eo petiit, his verbis.

Henricus Siberus Joanni Schoeffero S. P. D.

„Amicitia inter nos, Vir Clarissime, ante trigin-„ta annos inita, quo tempore humanitatis studiis

VVi-

„VVitebergae dabamus, eaque postea perpetua „a me fide culta, facit, ut ad Te scribam, & eam „abs Te rem petam, quam ipsam se Tibi satis „commendare, ac suam facile causam agere, certo scio. Adamus Siberus, frater meus, qui triginta quatuor annos illustris ludi Grimensis Rector fuit, vitam hanc mortalem cum immortali VIII. Cal. Octobr. cum ex V. Cal. Augusti „hydrope laborasset, placide commutavit. Qua „ex re quantum dolorem ceperim, non necesse „arbitror esse, me scribere, cum non dubitem, „te jam expertum esse, quam luctuosum atque „acerbum sit ab iis, quos natura nobis artissime conjunxit, divelli ac separari. Ac „sane morte ejus pro eo, ac debeo, vehementer „angor & doleo, idque non tam ipsius, quem „mortalem esse sciebam, causa, quam scholarum, quibus plurimum prodesse adhuc potuisset, si Deus ei vitam diuturniorem concessisset. „Verum, quoniam hoc optare non licet, fieri autem plane non potest: quod proximum est, faciamus, ut in Dei voluntatem nos abdamus, & fratris mei viri optimi & doctissimi, animum [cum „quo certe melius agi non potuisset, quam quod „ex pulveribus his, ac miseriis scholasticis, in „quibus quinquaginta annos volutatus est, in „laetissimos ac beatissimos illos sapientiae coelestis hortos digressus est] bene precemur, & „memoriam ejus grata mentione prosequamur. „Et quoniam tu mirifice eum in vita ipsius amasti & coluisti: ita in mentem mihi non venit „vereri, ne illum non diligas mortuum, ut etiam

„certo mihi persuadeam, Te Epicedium ipsi „confecturum. Debes nimirum hoc amicitiae „mutuae, quam uterque publicis jam testatus „est versibus: debes Musis, quarum ipse sacris „non minus, quam tu, puris semper manibus o„peratus est: potes autem sine ullo labore face„re. Quis enim nescit, si nervulos ingenii tui „paulum modo contenderis, quam praestans „carmen quam levi negotio possis fundere? „Postremo hoc officium pro jure nostrae sum„mae amicitiae a te peto, cui te nihil negare vel„le, persuasum ac cognitum plane habeo. Ita„que quicquid confeceris, ut ad Caselium ante „Calendas Januarii mittatur, operam dabis. Va„le, Vir Clarissime, & me tui amantissimum ac „studiosissimum esse, Tibi persuade. Grimae, pridie Non Oct. anno MDLXXXIV. Die ergo 24. Sept. e vivis ereptum esse bene de hac schola meritum nostrum Rectorem; non tam exliteris fratris Henrici, quam ex Annalibus scholae MSS. constat. Ita enim in iis pag. 111. consignatum „legimus: Anno 1584. d. 24. Septembr. hor. „1. pomeridiana diem suum obiit Vir clarissi„mus, Adamus Siberus, Grimae in aedibus suis, „postquam Rector fuisset illius ludi illustris annos „totos XXXIV. & dies 23. Morbus fuit hydrops, „contractus difficultate & angustiis eorum tem„porum, in quae illustrem scholam perfidia Si„cilicis potissimum (quem ipse sic nominare so„lebat) Udalrici Grossii conjecerat. Sed porro „ista superare aetatis gravitas non potuit. Fuit enim

"enim natus annos LXVIII. Morbo decubuit "ab usque die 28. Julii, ad diem mortis 24. Sept. Ita *M. Jacobus Furmannus* etiam, Noſtri ſucceſſor & gener, teſtatur: hoc die & anno mortuum eſſe in Dedicat. Margarit. ſchol. P. III. ſcribens: Itaque eodem, quo ipſi commiſſa "eſt die ludi illuſtris Rectura, annos natus fuit "XXXIV, & totidem ibidem vixit, additis diebus "XVI. Qui quidem anni ſi colliguntur, aetatis "illius tempus, ad quod vivendo pervenit, appa-"ret. Nam. VIII. Cal. Octobr. anno 1584. ex "hac miſera mortalique vita in felicem atque immortalem migravit. Ann. itaque ſuperavit 68. quem pauci admodum jam attingunt. A quibus non diſcedit filius Adamus Theodorus in epiſtol. ad Janum Gruterum, ſupra ſaepius citata. Nec minus Epigrammate in Patris effigiem confecto, quod p. 392. Or. & Pr. Vol. legitur, his verbis confirmat:

Neve loquar quinquaginta diverſa per annos
Quae ſtudiis obii loca conſecrata, cathedras
Aſſiduasque operas, indefeſſosque labores:
Grata vetat doctorum hominum, quae plurima turba
E diſciplina ſe noſtra hac fudit & illac. &c.

M. Chriſtophorus Caeſar, ſcholae Halenſis Rector in effigiem Adam, ligno inciſam, Carmen conſcripſit, in quo eadem omnino de eo commemorat:

Adjecit tredecim luſtris tres integer annos

Vita fuit ſtudiis tota dicata piis.
Acta fuit trieteris ei vix ſexta, docebat
Artes jam magna dexteritate bonas,
Propoſitumque decem premit hoc quinquennia fidus
Nempe tot, optatus quot Jubilaeus habet.
Sedulus hoc aliquot ludos bene tempore rexit,
Cepit & Halenſis virgea ſceptra ſcholae.
Continuos decimo ter lapſo, quatuor annos
Illuſtrem docta rexit & arte ſcholam
Ad Muldam &c.

Nec praetereundi ſunt *Jo. G. Olearius*, in Notis ad ſcrinium antiquarium p. 237. & Praeclariſſ. Dn. M. VVagenerus, in ſerie Collegar. Gymnaſ. Freiberg. p. 6. qui eundem annum, & diem, mortis proferunt, Nobiscum faciunt praeterea Tobias Schmidius in Chron. Cygneol p. 483. itemque Andreas Mollerus in Chron. Freiberg. P. I. p. 295. A vero igitur aberrarunt Freherus in Theatro Viror. erudit. p. 1477. Clarmundus P. VII. vit. erudit. Auctor Lexici Virorum eruditorum Lipſiae editi. Melzerus in Chronico Schneeberg c. I. alique, qui omnes Anno 1583. mortuum ſcribunt, a quibus Celeberr. Dn. M. Schreberus, in vit. G. Fabricii p. 316. deceptus fortaſſe hunc annum pariter appoſuit, *Udalricus Groſſius*, de cujus injuria & perfidia ſaepe queſtus eſt Adamus, die 5. April 1580. Oeconomus ſcholae no-

noſtrae illuſtris conſtitutus eſt, Fribergae natus, ſed Lipſiae poſtea civis factus, unde Grimam venit, comitantibus eum Magiſtro Mauritio Steinmetzio, Medicinae Licentiato, & Laurentio Finckelthuſio, cive Lipſienſi, qui Praedes facti pro eo ſpoſponderunt. Die igitur ſequente initiatus fuit huic muneri de voluntate Electoris, a Quaeſtore Grimenſi Simone Cellario (Hauß-Keller) Male, imo peſſime, hanc Oeconomiam adminiſtravit, & Praeceptoribus non ſolum victum & ſtipendia denegavit & ſubtraxit, ſed & intercepit ea, quae Alumnis praebenda eſſent, parum ſolicitus, ſive per fas, ſive per nefas, acquireret, dummodo haberet. Immiſcuit etiam ſaepe ſe diſciplinae Praeceptorum, quibus poena petulantes & flagitioſo. Alumnos afficientibus ſaepe contrarius fuit, livore ductus, quo Rectorem & Praeceptores proſecutus eſt. Plura de his in Annal. ſcholae noſtrae MS. habentur p. 87. ad An. 1582. Cum An. 1582, menſe Septembr. dyſenteria affligeret quosdam tantum in coetu ſcholaſtico, Alumnos mox effecit iniquus hic Oeconomus, ut totus coetus dimitteretur, & Praeceptores ſuis ſtipendiis privarentur. Adamus eo tempore cum Hayneccio Boraam migrare cum omnibus ſuis coactus eſt. Quae omnia cum amplius ferre aequo animo non poſſet Siberus, Epiſtolam Latinam ad Dn. D. Nicolaum Selneccerum, ſcholae Ephorum, quem Annales MS. Viſitatorem vocant, tranſmiſit, ut eam acciperet Lipſiae in Syno-

Digitized by Google

nodo, quae putabatur ante Nundinas Autumnales, ſicut moris erat, futura, cum iple eſſet Grima ſeceſſurus, dimiſſis omnibus Alumnis. Cauſae vero conquerendi de hujus iniquitate fuerunt ſequentes, quas ex Annalibus MS. p 91. apponam. Querebatur Adamus Rector 1) de Stipendiis Praeceptorum non ſolvendis. 2) de cibo quadrigario male cocto & condito, itemque de cereviſia ex ſolaaqua & lupulo confecta, de vini defectu. 3.) De lignis ademtis Praeceptoribus. 4.] de ſartis tectis, minitantibus ruinam, & praebentibus occaſionem interdiu noctuque Alumnis evadendi ad compotatiunculas. 5] de diſciplinae corruptione, cujus hae cauſae fuerunt: 1) externorum atque peregrinorum introductio, qui domi corrupti. 2]. Civium nebulonum malitia, ſublevantium & foventium clam egreſſus. 3) Miniſtrorum & famularum ſuggerentium facultatem & copiam pravitatis perfidia. 4) ſtipendii ſuſpenſio, quia tale officium, qualis merces &c. Plures querelas invenio c. l. p. 91. ſqq. quas hic *impoſturarum impoſtor omnium*, ut p. 99. appellatur, Praeceptoribus expreſſit. Anno demum 1583. d. 27. Auguſti literas ad Electorem ſupplices dedit Rector noſter, incluſas literis ad Faulum Vogelium, Conſiliarium primarium, in quibus de iniquitate & perfidia Groſſii, de ſubtractione victus, & defraudatione ſtipendii ſui, & Collegarum, quibus omnibus quingentos debebat florenos, querebatur. Has literas cum legiſſet Vogelius,

aper-

aperte dixit: *nunquam sibi de homine oeconomo talia persuadere potuisse.* Et quamvis Visitatores scholae iniquitatem hujus hominis cognoscerent, eique emendandam praeciperent, parum, vel nihil, curavit. Non desistentibus vero quotidie Rectore, & Praeceptoribus, supplicationes deferre ad Electorem, ejectus tandem est hic trico & impostor, circiter diem 14. Februar. A. 1684. conf. Annal. MS. p. 110.

b) Omnes merito diuturniorem vitam Adamo optassent, non tam ipsius, quem mortalem esse sciebant, quam scholae, causa, cui plurimum adhuc prodesse potuisset, si Deus ei vitam diuturniorem concessisset, quemadmodum Henricus, frater, in epistola citata ad Joan. Schoesserum scribit. Ita & M. Jacob. Furmannus Dedicat. Epistol P. III. Margar. scholast. deplorat obitum Soceri & Praeceptoris sui, quod e vita emigraverit, non parvo sui desiderio viris bonis, & sibi, in primis relicto. De epicediis Jo. Schoesseri, quae ab eo in obitum Adami Henricus frater petiit, jam supra audivimus: ea, quae ab aliis facta sunt, nolo hoc loco repetere.

c] Quod exequiis satis amplis tumulo illatus sit Noster, ex Annalibus MSS. scholae nostrae patet. Ita enim indicant ad hunc annum: Die 25. Sept. idem Siberus honestissimis exequiis terrae mandatus est Grimae. „Sepultus in aede sacra „Coenobii prope generum suum, Christopho„rum Schellenbergium, quo ipse dudum de-

„mandaverat. Neque tamen vidua, liberi, nepotes, & foceri, suam inmaritum, parentem, avum & socerum pietatem testari omiserunt, sed sedulo curarunt, ut in aede sacra Collegii Scholae illustris monimentum, in sempiternam Adami memoriam', lapidi in scriptum, poneretur, quod jam ante aram ibidem adhuc conspicitur, & ita habet:

CHR. SAC.
ADAMO SIBERO
PRIMO HUJUS SCHOLAE RECTORI
VI. ID. SEPTEMBR. ANNI MDXVI. NATO
ET
VIII. CALEND. OCTOBR. AN. MDLXXXIV.
MORTUO
MARITO, PARENTI, AVO, SOCERO,
UXOR, LIBERI, NEPOTES, GENERI,
P.

XXXI. Nunc demum ad finem properat labor noster, quem in vita & meritis Adami Siberi recensendis suscepimus, qui ingenii morumque felicitate, doctrina, & humanitate, facem omnino praetulit iis, qui involvendo Sisyphi saxa, & devorandis scholae molestiis, in illustri Moldano nostro, ceterisque Gymnasiis, occupati fuerunt & adhuc occupati sunt. Quibus praeclaris meritis magnam nominis famam in toto literato orbe sibi comparavit, & nobis praecipue exemplum virtutis &

do-

doctrinae, non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, reliquit. Noſtrum itaque eſt, ſummum praepotentemque DEUM omnibus precibus implorare, ut plures ejusmodi Roſcios in re ſcholaſtica excitet, qui pietatis verae ſemina una cum ingenuis artibus, & morum praeceptis, juvenibus inſtillent, & optimo hoc laudabilique inſtituto patriae ſalutem augendam ornandamque ſuſcipiant. Servet idem Deus omnis boni Auctor, ſartum tectumque noſtrum pietatis, ſapientiae, virtutis, domicilium, propter Muldam a Divo Mauritio conſtitutum, honeſtisque rebus, et ſalutaribus, exemplis firmatum, quod ſolio Adami Siberi fama & nomine celebratur, ut vera conſtanter religio, cum bonarum artium ſtudiis, in eo floreat. Servet Patriae Patrem, FRIDERICUM AUGUSTUM, Regem Poloniae, & Electorem Saxoniae, Nutritorem noſtrum indulgentiſſimum, & Sereniſſimum JUVENTUTIS PRINCIPEM, in ſpem patriae natum. Servet Proceres, & Maecenates illuſtres, quorum praecipua cura eſt, ne quid detrimenti Reſpublica noſtra ſcholaſtica capiat. Concedat nobis Magiſtris, ſingulis fere diebus in pulvere ſcholaſtico deſudantibus, vires animi &

cor-

corporis, ut more Siberiano, parati ſemper promtique ſimus induſtria, fide, & integritate, vocationis noſtrae munera perficere. Colluſtret quoque animos noſtros Spiritus S. gratia, ut fructus Laborum noſtrorum optatos, DEO hominibusque gratos, tandem aut ipſi percipiamus, aut, qui nobis ſuccedunt, aliquando iis fruantur. Ita Gymnaſium hoc Moldanum ſedem fugientium Muſarum, pietatis officinam, bonarum artium & literarum mercaturam, imo virtutis & ſapientiae domicilium, omnis, quae futura, eſt poſteritas ſummo jure appellabit.

SERIES
Collegarum & Præceptorum Provincialis Scholæ Grimensis, qvi a primis inde temporibus bonas artes in ea docuerunt.

RECTORES.

1. M. ADAMUS SIBERUS, Schoenavienſis, 1550—1584.
2. M. JACOBUS FURMANNUS, Liebenwerdenſis, 1584—1588.
   Primum Collega III. fuit, exinde factus eſt Rector, abiit ad Rectoratum ſcholæ oppidanæ Vitembergenſis, & in Academia tandem Poëſeos Profeſſor conſtitutus. Fuit gener A. Siberi.
3. M. MARTINUS HAYNECCIUS, Bornenſis, 1588—1610.
   Spartam Collegæ III. primum ornavit, poſt hæc variis in locis præfuit ſcholis, & propter ſenectutem in hoc demum Rectoratu officio ſe abdicavit, & An. 1611. mortuus eſt. vid. A. ſib. vit.
4. M. JOANNES WEBERUS, Biſchofswerdenſis, 1610—1613.

Digitized by Google

Hic A. 1588. Collegæ III. munus ſuſcepit, inde Con-Rectoris, & demum Rectoris, ſpartam ornavit, & A. 1613. Dominica ſeptuageſima mortuus eſt.

5. M. ANDREAS TIMPLERUS, 1613—1620.

Invitus ſcholæ gubernaculum in ſe ſuſcepit, dimiſſus eſt tandem A. 1620.

6. M. JOANNES MERCKIUS, Coburgenſis Francus. 1620—1622.

Hic Coburgenſem ſe appellavit, cum tamen ex Concione funebri, in memoriam ejus habita, conſtet, in pago Rentweinsdorfenſi, tribus lapidibus Coburgo diſtante, eum natum eſſe. Ex Con-Rectore factus eſt Rector. Abiit ex noſtro Gymnaſio in ſcholam Lipſienſem Thomanam, ibique Rectoris munus ſuſtinuit.

7. M. FRANCISCUS KESSIUS, Cygneus. 1623—1627.

Collegæ III., inde Con-Rectoris, & tandem Rectoris, provinciam conſecutus eſt. Ex Grimenſis ad Portenſem Rectoratum abire juſſus eſt.

8. M. JOANNES MERCKIUS, Coburg. Francus. 1627—1556.

Suc-

Succeſſit ſucceſſori ſuo Keſſio Lipſia accerſitus, & Gymnaſii hujus Rector ſecundum inauguratus eſt. Obiit Lipſiæ apud filiam commoratus Anno 1658. ætat. 81., cum præfuiſſet huic muneri 48. annos, & Grimam demortui corpus deportatum eſt.

Huic Rectori iam decrepito adjunctus eſt A. 1656.

M. CHRISTOPHORUS SCHINDLERUS, Clausnicenſis, & Inſpectio generalis Con-Rectori, M. Schreinero, demandata. An. 1658. poſt mortem Merckii Schindlerum ad Paſtoratum Eccleſiæ ſuæ Schneebergenſis vocavit ſenatus.

9. M. JOANNES SCHUTZIUS, Döbelenſis, 1658—1686.

Tandem de provincia ſua abire juſſus eſt.

10. M. CHRISTIANUS ANDREAS SIBERUS, Schandavia Miſnicus, 1686—1688.

Hic reſtitutis ſcholæ illuſtris ædificiis Rector appellatus eſt, ſed contentiones ſine modo, ſine fine proſpiciens cedere maluit pacatiſſimæ ſorti, ſa-

cerdotio Hohenſteinenſi deſtinatus, optima & tranquilliſſima ſcholæ huic fata comprecatus eſt.

11. M. TOBIAS PETERMANNUS, Leubena Miſnicus, 1688—1710.
Primum Collegæ III. tum Cantoris, inde Con-Rectoris, & demum Rectoris, munere defunctus eſt, & XLI. annos in hac ſchola docuit. Huic ſexagenario ſubſtitutus eſt filius
M. TOBIAS PETERMANNUS, Grimenſis, 1701—1710.
& An. 1711. Parochiam in pago Schoenerſtädt ſuſcepit.

12. M. GEORGIUS ERMELIUS, Cala Luſatus, 1710.
Primum Collega III. tum Con-Rector, demum Rector inauguratus eſt.

CON-RECTORES.

1. M. JOANNES SCHREINERUS, Grimenſis, 1550—1590.
Filius primi ſacrorum Grimenſium Antiſtitis Schreineri, obiit hoc anno d. 29. Jul. ætat. 64.

2. M.

2. M. JOANNES WEBERUS, 1590 † 1610.
Rectoris provinciam consecutus est.

3. M. JOANNES MERCKIUS, Coburg. Francus, 1610--1620.
Similiter Rectori mortuo Webero succes-sit.

4. M. FRANCISCUS KESSIUS, Cygneus, 1620--1623.
Itidem Rectoris spartam obtinuit.

5. M. MELCHIOR SCHLEUPNERUS, Dresdensis, 1623--1627.
Hoc anno mense Septembri mortuus est.

6. M. JOANNES SCHREINERUS, Mittweydensis, 1627--1666.
Diem supremum obiit d. 21. Nov.

7. M. JUSTUS GODOFREDUS RABENERUS, Sora Lusatus, 1667--1680.
Ad Rectoratum Freibergensem discessit.

8. M. TOBIAS PETERMANNUS, Leubena-Misnicus, 1680--1688.
Loco M. Brodkorbii inauguratus est Collega III. maluit tamen esse Cantor, ex Cantore postea Con-Rector constitutus.

9. M. JOANNES WOLFGANGUS SCHÖNBACHIUS, Pratovallensis. 1688--1701.
Antea Collegæ III. munere functus, mortuus d. 13. Januar.

Digitized by Google

10. M. GEORGIUS ERMELIUS, Cala Luſatus, 1701–1710.

Primum Collega III. deinde Con-Rector appellatus eſt.

11. M. HENRICH AUGUSTUS SCHUMACHERUS, Corbaco Waldeccius. 1710--

Con-Rectori M. Ermelio faſces Rectoratus capeſſenti ſucceſſit.

COLLEGÆ III.

1. M. GEORGIUS FROESCHELIUS, Bucholcenſis, 1550--1557.

Eodem anno, die 2. April. mortuus eſt.

Circa hoc tempus M. JOANNES VOGELIUS Inſpector nocturnus fuit Anno 1568--1570.

Poſt nunc M. WOLFGANGUS MEELHORNIUS. Freiberg. 1570--1580. Inſpector Nocturnus ſive Collega V. conſtitutus eſt. Deceſſit ad paſtoratum Eccleſiæ Chriſti in pago Gersdorff.

2. M. CHRISTOPHORUS SCHELLENBERGIUS, Annæbergenſis Miſnicus. 1557--1576.

Hic fuit gener Adami Siberi, & mortuus eſt Grimæ d. 22. Jan. eodem anno diuturna tabe exhauſtus.

3. M. MARTINUS HAYNECCIUS, Bornenſis, 1576–1583.

Hic

Digitized by Google

Hic primum Siberi discipulus fuit, postea Schellenbergio successit. Die 17. Octobr. 1583. Valere jussit Præceptores & Collegas Scholæ nostræ, & Ambergam vocatus discessit, tum Brunsvigam, & demum in Misniam reversus Rector scholæ nostræ Anno 1588. factus, discedente Furmanno.

Hoc tempore post MEELHORNIUM Anno 1580. Inspector Nocturnus fuit M. BARTHOLOMÆUS RüLICHIUS. An. 1582. d. 22. Julii, qvo Dresdam abiit, vocatus ejusdem ludi Rector. Hinc devoluta Inspectio nocturna in Præceptores usque ad d. 27. Nov. ejus anni, quo M. JACOBUS FURMANNUS Inspector nocturnus factus usque ad Annum 1583. & successit Hayneccio Collegæ III.

4. M. JACOBUS FURMANNUS, Libenwerdensis. 1583 -- 1584.

Hic antea Ludi Bornensis Rector An. 1582. factus, primum Inspector nocturnus, tum Collega III. Scholæ nostræ, & tandem Sibero Rectori successit.

5. M. GEORGIUS WEINRICHIUS, Hirschberga Silesius. 1584 -- 1587.

Hic primum post Furmannum Inspector nocturnus fuit, eique pariter Collegæ III. successit. Abiit demum ex hac provincia, & tandem Lipsiæ sacrorum Antistes constitutus est.

Digitized by Google

Anno 1584. poſt WEINRICHIUM Inſpectio nocturna Collegæ V. M. DANIELI SELNECCERO, Celeberrimi illius D. Nicolai Selnecceri filio, qui infirmus admodum morbi cauſa Lipſiam â Pasre accerſitus in ædibus paternis mortuus eſt An. 1587.

Hoc Selneccero, mortuo Inſpectio nocturna ADAMO THEODORO SIBERO, Adami filio, ad tempus commiſſa eſt, qui, diſcedente Weinrichio, Collega III. eſſe appellatus, & inſpectio nocturna penitus abrogata, & in Collegas Ordinarios devoluta eſt, conf. Annal. Schol. MS. p. 115.

6. ADAMUS THEODORUS SIBERUS, Grimenſis, 1587--1588.

Hic fuit Adami filius, non diu huic muneri præfuit, ſed cum M. Furmanno eodem anno de hac provincia abiit.

7. M. JOANNES WEBERUS, Biſchofswerdenſis. 1588--1590.

Grimam venit Mittweida, cum in Grimenſis oppidi ſchola partes Rectoris jam ſuſtinuiſſet: Succeſſit tandem Con-Rectori primo M. Schreinero.

8. M. MICHAEL MÜLINGIUS, Plavienſis, 1590--1602.

Vocatus tandem Beltigium, ibique ſacrorum Antiſtes conſtitutus eſt.

9. M.

Digitized by Google

9. M. LAURENTIUS WAGENER. Dippoldiswaldensis, 1603 – 1604.
Propter mentis inopiam officio satisfacere non amplius potuit.

10. M. ZACHARIAS SCHRöTER, Grimensis, 1604 -- 1609.
Hic Wagenero admodum infirmo adjunctus, postea Collega III. factus est. Mortuus 1609. d. 31. Aug.

11. M. FRANCISCUS KESSIUS, Cygneus, 1610 -- 1620.
Hic Con-Rectoris, & tandem Rectoris, partes consecutus est.

12. M. CHRISTOPHORUS HALECIUS, Bischofswerdensis, 1620 -- 1633.
Eodem anno mortuus est d. 25. Nov.

13. M. JOANNES SOMMERUS, Wurcensis, 1634 -- 1641.
Hoc anno d. 11. Maj. diem supremum obiit.

14. M. GEORGIUS BRODKORBIUS, Sceüdicensis, 1641 -- 1666.
Huic ob virium imbecillitatem petenti substitutus est An. 1666.

M. JUSTUS GODOFREDUS RABENERUS, Sora-Lusatus, qui vero An. 1667. Con-Rector factus. Substitutionem deinde impetravit hoc anno M. CASPAR THIELE, Grimensis, qui Anno 1669. cum M. Brodkorbio dimissus, sed ita, ut Brod-

Digitized by Google

korbio centum annui floreni ab Oeconomo darentur.

15. M. TOBIAS PETERMANNUS, Leubena Misnicus, 1669. d. 13. Aug. -- usque ad Mensem Novembr. ejusd. anni. Hic primum inauguratus est Collega III. in locum M. Brodkorbii & M. Thilonis, dimissorum. Ob dividendum vero cum Brodkorbio salarium post duos menses relinqvere illud munus alii, & defuncto Cantori succedere maluit.

16. M. JOANNES STOHR. Ablassensis Misnicus, 1669 -- 1678.

Hic Cantor fuit antea in Portensi schola, unde ad nos venit. Pulveris vero & dissidii scholastici pertæsus parochiam in pago Schwartzbach, non procul Coldicio, ambit, & facile impetrat.

17. M. JOANNES WOLFGANGUS SCHOENBACHIUS, Pratovallensis. 1678 -- 1688.

Hoc anno Con-Rector nuncupatus est.

18. M. GEORGIUS ERMELIUS, Cala-Lusatus, 1688 -- 1701.

Successit Con-Rectori de mortuo Schoenbachio.

19. M. JOANNES CHRISTIANUS CNAUTHIUS, Strehlâ Misnicus 1701. -- 1711.

Hic

Digitized by Google

Hic maluit ſuccedere Succeſſori ſuo in ſchola S. Annae Dreſdenſi.

20. M. JOANNES AUGUSTINUS EGENOLFUS, Dreſdenſis, 1711.--

COLLEGÆ IV. & CANTORES.

1. M. JOANNES REINMANNUS, Mulhuſinus, 1550-1590.

Hoc anno mortuus eſt, cum per XL. annos muneri præfuiſſet, & 63. ætatis annos compleviſſet.

2. M. FRIDERICUS BIRCKIUS, Haynenſis, 1591 – 1621.

usque ad extremum vitæ ſpiritum muneri ſuo præfuit.

3. M. PETRUS WILHELMI, Haynenſis, 1621 -- 1633.

4. M. MARTINUS RITTORF, Kembergenſis, 1634 -- 1637.

Hoc anno d. 24. Sept. mortuus eſt.

5. M. GODOFREDUS ULICHIUS, Freibergenſis, 1638-1640.

Mortuus eſt, cum duos annos muneri præfuiſſet.

6. M. GEORGIUS LANDROCK, Haynenſis, 1641 -- 1655.

Hoc anno die 30. Oct. obiit diem ſupremum.

7. M.

Digitized by Google

7. M. MICHAEL BARTHOLOMÆI, Grimensis, 1656 -- 1666.
D. 5. Decembr. hoc anno defunctus est.
8. M. JOANNES HENRICUS WILHELMI, Grimensis, 1667 -- 1669.
Ex Cantoratu Portensi venit ad Grimensem & d. 12. Octobr. hoc anno mortuus est.
9. M. TOBIAS PETERMANNUS, Leubena-Misn. 1669 -- 1680.
Hic primum d. 13. Aug. an. 1669. inauguratus est Collega III. loco Brodkorbii, & Thilonis, dimissorum; maluit tamen ob causas supra adductas Cantori demortuo succedere.
10. SAMUEL JACOBI, Schwepnizio Lusatus, 1680 --
Successit Petermanno, Con-Rectori facto.

OECONOMI, s. SCHOLÆ PRÆFECTI

sequuntur sine praejudicio loci, & dignitatis.

1. WOLFGANGUS DRECHSLERUS, 1550 -- 1552.
Ex coenobio Cellæ veteris venit Grimam, Monachus olim ibidem, cum schola illustris primordia caperet. Mortuus hoc anno d. 17. Febr.
2. NICOLAUS PETSCHIUS, 1552 -- 1555.

Ex

Ex Præfectura Grimenſi Oeconomiæ ſcholæ illuſtris præfectus eſt. Dreſdam deinde vocatus eſt Magiſter piſcium.

3. HIERONYMUS ZORN, 1555–1556.
Præfectus hactenus Grynhainenſi præfecturae Grimam vocatus, factus eſt tandem quæſtor Cygneus.

4. BLASIUS PECKENSTEIN, 1556–1567.
Prætor antea fuit Senatus Grimenſis, mortuus d. 12. Martii hoc anno.

5. ANDREAS WEBER, 1567–1569.
Ex præfectura Schweinicenſi ad Oeconomiam hujus ſcholæ accerſitus. Portenſis ſcholæ tandem Oeconomus factus.

6. ANTONIUS RICHZENHAHN, 1569–1580.
Qvæſtor antea Leiſnicenſis, venit Grimam, & hoc anno diem ſupremum d. 23. Martii obiit.

7. ULRICUS GROSSIUS, 1580–1584.
Non bene rem geſſit, & ſcholæ & Collegis magis detrimento, qvam ornamento, & adjumento, fuit. Tandem ejectus eſt. d. 14. Febr. hoc anno.

8. WOLFGANGUS PEILICK, Lipſienſis,
Præfuit ab. 1584. d. 14. Febr. – usque ad d. 16. Aug. ejusd. anni. Præſtabat ſe Oeconomum laude & prædicatione dignum propter candorem inſignem, & fidem ingenuam; ſed ſui,

Digitized by Google

ſui, vel ſcholæ, adverſitate Muldæ fluminis undis cum ſcriba ſuffocatus eſt, cum noctu una cum ſcriba ſuo & piſcatore de pago Gatſch in prædium, ſeu Villam Nymitſchium cymba flumen tranſire vellet: Piſcator ſolus evaſit.

9. ANDREAS PFEIFFER, Schmöllenſis, 1584 – 1586.
Remotus eſt ab officio menſe Junio.

10. JOANNES LINDENER, Numburgenſis 1586 – 1588.
Oeconomus ſcholæ Portenſis appellatus eſt d. 25. Sept. Conf. Chron. Pertuchii Portenſ. p. 172.

11. SEBASTIAN ZIEGLER, Prettinenſis, 1588 – 1592.
Abire juſſus eſt ex ſchola.

12. JOANNES THUSEL, 1592 – 1595.
Dreſda Grimam venit, & ad aliud officium aulæ Torgavienſis vocatus eſt.

13. GEORGIUS BLEICHENROTH, 1595 – 1597.
Fatis conceſſit hoc anno d. 16. Sept.

14. GEORGIUS MEZNER, 1597 – 1599.
Remotus ab officio d. 14. Nov.

15. JOANNES THUSEL, 1599 – 1605.
Rediit ad Oeconomiam, cui jam antea præfuerat, ſed An. 1605. reliqvit hanc provinciam.

16. JOANNES BERISCH. 1605 – 1613.
Sponte abiit ex ſcholæ Oeconomia.

17.

Digitized by Google

17. GEORGIUS BRüCKMEYER, 1613–1618.
Noluit amplius muneri præesse.

18. ANDREAS VOIGT, 1618 – 1622.
Hic scriba primum Brückmeyeri fuit, â quo officio pulsus, postea in officio succeffit pellenti. In Indice Oeconomorum MS. hæc verba addita leguntur: Ita minister devoravit suum dominum, vel factus est dominus: Tandem Scholæ Portensis Oeconomus constitutus eod. anno d. 15. Jnnii.

19. MATTHÆUS ACKERMANN, 1622–1624.
Diem hoc anno obiit supremum.

20. CASPAR EYLENBERGER, Misenensis, 1624 – 1630.
Abiit in scholam Portensem Oeconomiam curaturus.

21. WOLFGANGUS SIEGFRIED, Bornensis, 1630 – 1633.
Hic mortuus est d. 21. Sept.

22. ANDREAS OTTO, 1634 – 1648.
Hic scriba fuit Sigfridi, post ejus mortem Oeconomus. Succedit tandem Eylenbergero in schola Portensi.

23. JOANNES LOSNIZER, Mutinensis, 1648–1655.
Discedit d. 19. Oct. ab officio, privatus Mugelæ obiit.

24. CHRI-

Digitized by Google

24. CHRISTIANUS PERSON, Schwartzenbergenſis, 1655 – 1663.

Sub hoc mutatio quædam in Oeconomia facta eſt, ita ut ipſe annua penſione reditus ſcholæ redimeret, & judicialia tantum ſibi ſervaret.

25. LAURENTIUS BENNEWITZ, Grimenſis civis, 1663 – 1668.

De victu tantum proſpicere Alumnis cœpit, quas partes tamen brevi Oeconomus Chriſtianus Perſon iterum obtinuit novo mandato Electoris. Mortuus tandem 1668. d. 15. Febr.

26. CHRISTIANUS BOCK, Mittweidenſis, 1668 – 1691.

Loco motus eſt, ejusque rationes Dreſdæ excuſſæ ſunt.

27. JOANNES CHRISTOPHORUS WENDIUS, Miſenenſis, 1691 – 1699.

Succeſſit Boccio, à quo tamen iterum expulſus eſt, ſed Boccio brevi mortuo, rediit ad priſtinam ſtationem ex urbe Wendius. Mortuus d. 22. Jul. eod. anno.

28. JOANNES CHRISTOPHORUS WENDIUS, 1699. d. 31. Aug. Patri Optimo ſolerti & rei familiaris moderatori, ſucceſſit.

Digitized by Google

Praecipuarum rerum Index.

Academiam Viteb. frequentare optavit S. 34
Aeoloſtichon libri S. 199. 205
Agricola, Georg. doctor extraord. Cygn. 24. Amicus S. 246 ejus vita. 269
Agric. Rud. Idea formandorum ſtudiorum 180
Albertus. Valent. laudat S. 315
Almanſor Mart. Hayneccii. 242
Alumni Grim. propter peſtem dimiſſi. 155. cum S. in locum ſubterran. ingrediuntur. 129
Amicitia bonorum dulcis 272
Ampelurgus, Chriſtoph. Amicus S. 246. Ebraic. ling. peritus 171. 257. vita 256
Anna Heinemanna, uxor S. 75. ejus mors 79
Apobaterium Mart. Hayneccii 242
Apollonia, ſoror S. 16. 21
Auguſtus, Patronus S. 304. confirmavit loc. Sib. in ſchol. Grim. 302
Αὐτὸς ἔφα. 255

B.

Badehornius, Leon. Praeceptor Fabricii & S. 32 laudes ejus extulit Jungerman ibid.
Baillet Judicium de S. 316
Bellaria coeleſtia Siberi 200
Berleps, Eric. Volcmar. Patron. S. 294. ad h. epiſt. dedic. Ad. Th. S. 171. 294
Bernſteinius, Otto, diſcipulus S. 226. 227

Digitized by Google

Canticum Canticor. Salom. 199. 201
Carlevviz. Eraſm. Alumnus Grim. 226. 228
Carmen S. MSc. 120. ad Steph. Roth. 37. 265
Catecheſeos libri S. 200. 205
Catullus Chriſtianus S. 310
Caudex Decumanus 189
de Cauſis Regenerationis liber S. 214. 216
Chemnicium 2. 195. ibi Rector fuit S. 51
Chytraeus, Dav. Amicus S. 247. 276. vita 275. epiſtola ad Ad. Th. Sib. 311
Ciceronem in pretio habuit S. 136
Ciceronis epiſtolas ſemper ſecum portavit, Jo. Albert. Dux. Megalb. 299
Clajus, Jo. Alumnus Grim. 226. vita & ſcripta 229. ſeq.
Clarmundus de S. 316.
de Coena Sacra controverſiae 110. Zelus S. 112
Commentarius ſcholaſt. S. in Pſalterium, 105. 122. 164. 168. in Poenitentiam Davidis 106. 155. 159. 162. editiones 166
Commerſtadius, Georg. Columen Saxon. 56. exemplum humanae felicitatis 57. ſcholar. Provinc. auctor. 54
Conjugium S. duplex 75. 88. Conjugii commendatio 82
Cornarii ſcripta in Fuchſium 270
Corrupti mores ſeculi 108
Conventus Torgenſis 108. 111. 145
Crellius, Nic. Alumnus Grim. 226. 233. peſtis patriae 136. 233
Cribrum, Inſignie S. 145

Bersmannus, Gregor. amicus S. 157. 247. 276.
ad eum epistola S. 157. 278. vita 276.
scripta 277. laudat S. 311
Bocerus, Jo. laudat poesin S. 313. 314
Bodensteinius, Christian. Alumnus Grim. 277
scholae VVizleb. Rector 244
Bohren, Catharina, Virgo men. Nymtsch. 62
Lutheri conjux 63
Borrichius, Olaus, commendat venam S. 312
Bose, Georg, Alumnus Gqri. 226. 227
de Breitenbach, Caesar, Visitator Eccles. & schol. 110
Breviarium Christianum S. 165. editiones 174
Bugenhagius, Jo. in Theolog. S. informavit 36

C.

Caelibum erudit. Centuria Carpenterii 96
Caesaris, Christoph. Carmen ad effigiem S. 38. 52. 136. 225. 288. 317 ad eum epistola Ad. Th. S. 217
Calae docuit S. 38. seq.
Calamitates Siberi 150
Caldenhoeferus, Georg. Alumnus Grim. 226
vita 232
Calix inauratus Sibero a monachotraditus 127
Callimachus Germanus, Lotichius 280
Camerarius, Joach. Praeceptor S. 37. Amicus S. 247. 273. laudat amicitiam cum S. 37. 274. ejus sententia de urbe Grim 165. fama 221. vita 272
Caniz, Ludov. Alumnus Grim. 226. 228
Cantica Eccles. mutata a sacrificulis 30

Digitized by Google

Crucigerum, Casp. Sen. audivit S. Viten b. 33. 36
Crusius, Balth. Alumnus Grim. 237. ejus Carmen in nuptias Furmanni 244
Cupiditas S. aliis inserviendi 124
Cygnea, ut olorum, ita Musarum hospitium 25

D.

Dabercusius, Mat. Marc. Rivii socius 23. S. Praeceptor. 23. 30. Amicus S. 247. 290. ad eum Carmen S. 31. ejus vita 29. seq.
Daumius, asserit parentes S. 9. dubitat, S. Cygneae frequentasse 25
Deus, praestans & aeterna mens 174
Didymus, Paul. Alumnus Grim. 226. vita ejus 226. vit. 236. ad eum epistola S. 122. 210. Carmen 237. laudat S. 312
Diebus festis, quid in schola peragatur 143
Diligentia Siberi 121. 223
Discipuli S. plurimi 219. seq. qui magnos honores consecuti sunt 225
Docendi ratio S. optima 131. 141
Drabitius, Laur. alumnus Grim. 226. vita 232. ejus in nuptias Traumeri Carmen 231. 101
Drechslerus, V Volfg. Prior Cellae Vet. 63. Grimens. Schol. Oeconomus 63

E.

Ebelebii, Siberianae gentis patroni 18. 295. eorum praeceptor Henr. Sib. 17. Insignia 296
Eberus, Paul. Amicus S. 246. 253. vita ejus 252. de re Sacramentaria liber. 114. ad eum epistola Nost. 114

du-

Educatio disciplinae puerilis S. 182. 196. de Educatione liberorum Carmen S. 145
ad Effigiem S. carmen Chr. Caesaris 38. 52. 136. 225. 323. Ad. Theod. S. 224. 323
Effigies Jul. Grossiae 202
Eimbecenses Siberi 14
Emendatio scriptorum in schol. 143
Enchiridion pietatis Ad. S. 119. 165. 178
ab Ende, Ehrenfr. patronus Schellenbergii 84. 227. Alumnus Grim. 225
Epicuri de grege porci 50
Epigrammata S. 199. 205
Epinicion liber Ad. S. 199. 204
Epistolae Dedicatoriae Ad. S.
ad Phil. Melanchthonem 36. 204. 248
Eccles. & reip. moderatores 105. 169
D. Joan. IX. Episc. Misen. 106. 155. 166. 174. 306. 307.
D. Conr. Thiel. a Berleps 173
Fridericum, Duc. Saxon. ibid.
Filios, nepotes, & discipulos 182
Christianum, Duc. Saxon. 200. 209
Jo. Albertum, Duc. Megalb. 204. 299
Jo. Albertum, Junior 205
Fridericum III. Duc. Sax. 204
Valer. Cracovium 204
Jo. & Gasp. Naevios 205
Valent. Gravium 205. 297
Andr. Mylium 205. 259
Sigismund. Augusti, Duc. Mega. 205. 300
Ebelebios 295. 296

Digitized by Google

Augustum, Elect. Saxon. 207. 305
Principes Saxoniae 212
Jonam a Zeschau 292
Epistolae A. S. ad Familiares.
Andream Mylium 2. 19. 29. 252. 285.
Nicol. Selneccerum. 325
Paulum Vogelium 326
Steph. Roth. 21. 22. 24. 34. 43. 44. 46. 49. 50, 77. 78. 80. 81. 122. 125. 126. 149. 151. 152. 263. 264. 269. 283, 284.
Paulum Eber. 114
Paulum Didymum 122. 210
Henricum fratrem 149. 156
Gregor. Bersmannum 157. 278
Epithalamia Ad. S. 201
Eucharistion Libri S. 199. 204
Examen publicum in schol. 142

F.

Faber, Basil. Amicus S. 247. 291. vita 290
Fabricius, Blasius, amicus S. 247. vita 289
Fabricius Georg. eod. an. quo S. natus 2. S. amicus 26. 30. 285. Misen. schol. Rector 56. commendat venam S. 117. Epitaphium 201. 286. vita 284. seq.
Fabricius, Jacob, amicus S. 247. 290. vita ibid.
Fellerus, Joach. ex familia S. 6. 86. 315. Cygni Quasimodogeniti 316
Finckelthusius, Laur. amicus S. 246. vita 259
Fleischeri, Jo. Carmen ad Prosod. Claji 230
Francius, Ambros. Rector Schneeb. 40

Frei-

Freiberga hospitium eruditorum 45. Freiberg. Jo. Boceri 313
Fridericus Bellicos. extruxit arcem Grim. 61
Froeschelius, Georg. 54. ejus mors 72
Furmannus, Jac. Alumnus Grim. 227. gener S. 101. ejus vita 102. 237
Fulia, Anna, uxor. S. 76. ejus fratres 91
Fusius, VVolfg. socer S. 76. ejus vita 90

G.

Gemma Gemmar. S. 180. editiones 182
Genealogia Siberiana 86
Georgius, Dux Sax. monasterium Grim. aedificavit 54. 61
Gersdorffius, Volckm. Alumn. Grim. 226. 228
Gigas, Jo. Rector schol. Portens. 55. Amicus S. 246. vita 255
Goltberga, Pieridum hospitium 67
Gravius, Valent. senator Freiberg. 45. 47. Patronus S. 296
Grima, Astrapaea dicta 51. 67. cur ibi schola Provinc. aperta 57. Huc Theologi convocati 59. arcis exstructio 60. monasterium Augustinianum 61. de appellatione 65. ibi nat. Albertus, Dux. Sax. 68. pestis grassatur. 150. habet duos locos in schol. Provinc. 303
Grimensis scholae Prov. institutio 55. 178. inauguratio 63 calamitates 150. 154. loci 302
Grossia, Julian. uno partu XI. liberos edidit 202. effigies 202
Grossius, Ulric. 319. 322. vita 324

Digitized by Google

H.

Haubitius, Tob. Alumnus Grim. 225. Imperator. Conſiliarius aul. 227
Hauſmannus, Nic. Amicus S. 246. vita 255
Hayneccius Mart. Alumnus Grim. 227. laudat S. 69. 308. 309. vita 238. ſcripta 242
Henricus Pius, Patron. S. 292. 301
Herbarum ſtudioſus fuit S. 126
Hertelius, Valent. 53. Adami ſocer. 77. ejus vita 77 ſeq.
Heroſtichon libri S. 199. 205
ab Hirsfeld, Georg. Patronus S. 292
Hofmannus, Mart. Alumn. Grim. 227

I.

Janus Bifrons in ponte Grim. 67
Idyllia ſacra Noſt. 200
JEſus Chriſtus in pretio fuit S. 104, 118.
Ingratitudo diſcipulorum 158
Joannes IX. Epiſc. Miſen. Patronus S. 299. 305
Jo. Albertus, Dux Megalb. Patronus S. 298. laudatur a S. 31. 299.
Jobelaeus S. 144. 214. 216
Jonas, Juſt. Praeceptor Noſtr. 36. Amicus S. 246
Junii, Hadrian. Nomenclator 182. ejus Epitome a Sib. 180.

K.

Koetteritius, Sebaſt. Alumn. 225, Proto-Synedr. Dreſd. Praeſes 227
Kyſevvetterorum familia habet locum in Schol. Grim. 303

L.

Digitized by Google

L.

Lacrymarum libr. Sib. 200. 211.
Latina lingua fundamentum eruditionis 187
Leges Scholasticae Sib. 197
Liberi Nostr. 78
Lindemannus Cyriac. successor Nost. Freib. 42.
Lindena, Paul. Amicus Nost. 246. Concionator aulic. 268
a Lindenau, Sigism. & Frider. Alumn. Grim. 226. 228
Lindnerus, Jac. Alumnus Grim. 227. vita 243.
Lipsia, mercatura bonarum artium 43
Livium in pretio habuit Nost. 136
Loticlius, Petr Amicus Nost. 247. 279.
Ludus literarum Chemnicens. 137. sq. 182. 194
Lutheri Formula Missae & communicandi 12. scripta laudantur 89. quem magni aestimavit sib. 105. 116. laudat Nost. 35. 37. 116.

M.

Magdeburgus, Hiob, Rivii discipulus 26. Collega Sib. Freiberg. 41. vita 283.
Margarita scholastica Sib. 180. editiones 190
Mariaeberga Musarum sedes 30
Martha, soror Nost. 16, 22
Mauritius, tres schol. provinc. constituit. 54. Patronus Nost. 293. 301. concesit Siberian. Famil. locum liberum in schol. Grim. 302.
Melanchthon, Phil. praeceptor Nost. in Acad. 36 37. Amicus Nost. 246. ejus vita 247. epistola ad Joach. Camerar. 68. ad Christoph.

Digitized by Google

Schellenberg. 82. 248. ad Ad. Noſt. 116. 206. 309.
Meuckenius, Jo. Burc. de Graec. & Lat. liter. inſtaurator. 6. 26
Meurherus, VVolfg. Amicus Noſt. 246 vita 272
Minckvviſius, Jo. diſcipulus Noſt. 226. 228.
Monimentum ſepulchrale Noſt. 328.
Mordiſius, Ulricus Saxon. Conſiliar. 207. ad eum Carmen Noſt. 124. 207. 294. Patronus Ad. 292. vita 293.
Mullerus, Sebaldus, Conſul. Grim. 59
Mylii, Mart. Chronologia ſcriptorum Melanchthon. 248
Mylius, Andr. Conſiliarius Megalb. 2. 19. 259. ad eum Ad. epiſtola 19. 29. 252. 285. Amicus Ad. 246

N.

Naevius, Caſp. Amicus Ad. 246. vita 271
Naevius Jo. Amicus Ad. 246. ad eum Carmen Ad. 210. vita 270
Natalis dies Ad. 1. hoc die Rector Grim. factus 1. 4. 54. 74
Naterus, Leonard. Rector Zvviccav. 25
Nebelthau, Jo. Alumn. Grim. 226. Profeſſor Ebr. lingu. Lipſ. 237
Nuptiae Ad. cum Anna Heinemanna 75. cum Anna Fuſia 76. 80
Nymannus, Hieron. 226. Medicinae Prof. 235
Nymtichium, Coenobium monial. 60. Ciſterc. ord. 62. ex hoc Cath. a Bohren educta 62

O.

O.

Olearii, Jo. Godofr. scrinium Antiq. 318. 324
Oporinus, Jo. 178. 281. Amicus Noſt. 247. 281. vita 281
Orationes Synodicae Ad. 214. 215
Ordines ſ. Claſſes in ſchol. 138
Otium S. ab officio publico 125. 160
Ovidius alter, dictus S. 198. 312

P.

Paſſionale S. 164. a Filio editum 172
Pauperies S. 151
Paxmannus, Henr. Amicus S. 246. vita 271
Peckenſteinius, Laurent. Alumnus Grim 226
vita & ſcripta 234
Periander, Aegid. commendat S. poemata 315
Peſtilentia gravis Grimae 150. 278
Petermannus, Tob. de ingreſſu S. in locum ſubterraneum 128
Philoſophiae laus 122
Pietas S. 103. 317. cum literis conjungenda 119
Pietas puerilis, S. 165. 177. 209. 205. edit. 177
Pindari Chriſtiani, Fabricius & Siberus 311
a Pinu, Joſephus, Amicus S. 247
Plinium in pretio habuit S. 136
Poemata S. commendantur. 311. ſeqq. ſacra 199. variae editiones 203
Poeſis S. 117. 198. laudatur. 311. ſeq.
a Ponickau, Jo. Georg. Jo. Jac. Rudolph. diſcipuli Ad. 226. 228
Portenſis ſcholae apertio 85. 63

Digitized by Google

Polhius Jo. in Cribrum S. 146
Praeceptores Ad. 23. eum ad veram pietatem informarunt 103. merita praedicat Ad. 37.
Praetorius Petr. disputat cum Ad. 110
Precationum formulae a S. praescriptae 116
Preces S. assiduae 105
Propemicon S. ad Hayneccium 318
Profeuchon libri S. 199. 204.
Psalterii commendatio 69. in id commentarius S. 105. 122. 164. 168. versio Gallica 175. Carmine expressum 200
Pufendorffius, Sam. Alumn. 70. ejus Carmen seculare. 70

R.

Rabiel, VVolfg. Alumn. 225. Consiliarius 222
Rector Gymn. 160
Reformat. religionis Pastor, Steph. Siber 5. 9. cur ita dicatur 13
Reinemannus, Jo. Cantor 54. ejus vita 73
Reusnerus, Nic. Amicus Ad. 246. vita 260
Rivii Jo. vita 23. seq. 282. Amicus Ad. 247. 283 laudatur ab Ad. Th. Sib. 28. a C. S. Schurzfleischio 29. Collega. Sib. Freib. 41. 43. in aulam vocatus 43. scholar. Illustr. auctor & suasor. 54
Rothius, Steph, Patron. Siberian. gentis 5. 13. ab Ad. laudatur 13. magnus studiorum promotor 33. sumtus dedit Sib. in Acad. 34. vita 261. ad eum epistolae Sib. plurimae 213. 263

S.

Sabbathum puerile sib. 164. 173.

Digitized by Google

Sabinus, Georg. Amicus sib. 247. 290
Sacrificuli Rivio molesti 30
Salmuth, Henr. Visitator Eccles. & schol. 110
Schellenbergius Christoph. gener. sib. 79, 81. vita 81. Mors 84. in obitum ejus Tumuli recentes sib. 152. 200. 210.
Schellenbergius, Jo. Alumnus Grim. 227. 244 Grim. & Freib. Rector 85. 147
Schleinitius Henr. discipulus sib. 226. 228
Schneeberga sibi gratulata est de Rivio 30. ibid Cantor fuit Sib. 40
Schoena prope Freibergam 6. 7
Schonavia, patria S. 4. pagus ad Zwiccav. 5 multis obscura 7
Schoenbergii, nobiles, discipuli S. 226. 229
Schoene Jo. schol. oppid. Grim. Rector 241
Schoefferus, Jo. in Cribrum Ad. 146. Amicus Ad. 247. 280. vita ibid. ad eum epistola Henr. Sib. 320. 280
Schola Ad. discipulis frequentissima 219
Scholae, artium & scientiarum officinae 195
Scholasticae vitae miseria 123. 125. 153. 195
Schreinerus, Jo. Con Rect. Grim. 54. ejus vit. 71
Scripta Ad. diserta 161. inedita 213.
Scripturam sacr. magni aestimavit Ad. 105
Seidelius, Jo. Alumnus Grim. 226. vita 234
Selneccerus, Nicol. Amicus Ad. 246. vita 254 ad eum epistola Ad. 325
Siber rivulus 14

Digitized by Google

Siberianae familiae locus in schol. Grim. 99. 299. 302. 304
Siberi, nobiles Carinthiaci 145
Siberus, Adamus, natus 1516. 3. patria 4. 5. parentes 9. frater & sorores 16. 21. Praeceptores 23. ubi docuit 38. seq. duplex Conjugium 75. liberi 76. seq. virtutes 103. 148. vena poetica 117. 202. 312. docendi ratio 131. scripta 161. discipuli 219 225. Amici 245. comparatur cum Fabricio 288. mors 310.
Siberus, Ad. Theod. Ad. filius 4. 76. Alumnus Grim. 226. 237. ejus vita & scripta 92. seq. epistola ad Jan. Gruterum 4. 6. 15. 18. 39. 97. 149. 323. ad fratrem Henr. Dionysium 97. 215. Schellenbergium Junior. 153. 188. in effigiem parentis carmen 224. 323.
Siberus, Andreas 15
Augustus Frid. Lusatus 15
Benedictus Edelbeck, civis Zwiccav. 14
Christoph. Andreas, Rect. schol. Gr. ib.
Henricus, frater Ad. 16. ejus vita ibid seq.
Joannes, & Caspar, magistratus gesserunt Eimbecae 14
Jo. Caspar, Pastor Grunhan 15
Joannes, Lipsiens. ibid
Jo. Georg. Lipsiens. ibid
Justus, Eimbecensis 14. liberis, Adami imaginem ad imitandum proposuit 147
Stephanus, Pater Ad. 5. 9. ejus epist MS. 5. 10. 11. 266.
Vitus 15. Ur-

Urban. Godofr. facerd. Lipſ. 15. ejus epiſtola 148.
Sigismundus Auguſtus, Dux Megalb. Patronus Noſt. 292. 300
Sionia. S. 122. 200. 208
Sprotta, pagus inter Ileburg. & VVurcen. 97
Starckius, Caſp. Amicus S. 246. Superintend. Ilenburg. 256
Stigelius, Jo. Amicus S. 247. 276. ejus diſtichia in Evangel. Domin. 178. Poemata cura Siberi 201. 211
Stili exercitia 143
Stolbergius, VVolfgang. diſcipulus S. 226 ejus vita 279
Studia in rebus publicis utilia 45
Sturmius Jo. laudat Henr. Sib. 16. ejus Neaniſci Tabellar. & Chryſog. 180. 186. Amicus Sib. 247. Germaniae Tulius 275.
Sylvius, Emeric. Rector Hal. 51.

T.

Tandlerus, Tob. Alumnus 226. Medic. Prof. Vitenb. 236.
Taubenhaemia, Urſula, Conjux a Zeſchau 293
Tellerus, Roman. VVurcen. Rector 147
Theologus Semiſecularis Goezii. 135
Thielius, Caſp. Collaborator 61
Threni Jeremiae 199. 205
Torgenſis Conventus 108. 111. 145
Trautnerus, Balthaſ. diſcipulus Sib. 226. 231, gener 101. in nuptias ejus vota Sib. 201. 211. amicorum 101. 224.

Trepta, Georg. Alumn. Gr. 227. avunculus Fabricii 244.
Tumulorum libri Sib. 199. Tumuli recentes 200 210.
Turbatores Eccleſ. Freiberg. 41. 48.

V.

Vena poetica Sib. 117. 202. 312.
Verbum Dei animae medicina 105.
Viertelius, VVolfg. Alumn. Gr. 226. vita 233.
Virtutes Sib. 148. 103.
Viſitatio ſchol. Grim. 65.
Viſitationes Eccleſ. & Scholar. 110.
Vitembergae Magiſter factus S. 41. 44. Vitemberg. Scholae Rector fuiſſe dicitur Sib. 40.
Vogelius Jo. Alumnus Gr. 226. ejus dedicatio ad Sib. 231.
Vogelius, Paul. Amicus Sib. 246. vita 258.
de Uttenhoſen, Georg. denegat Steph. Sib. decimam. 12.
Vulpius, Herman. primus Rector ſchol. Miſen. 55.

VV.

VVanckels, Jo. Alumnus 226. Hiſtor. Prof. VVitteb. 237.
VVeiſmantelius, Jo. Prior coenob. Grim. 62.
VVellerus, Hieron. Rector Freiberg. 44. 47. Amicus S. 246. vita 250.
VVeſtphalis multa debet literat. orbis 28. praecipuus Rivius 28.

Digitized by Google

VVincerus, Chriſtoph. Amicus Sib. 246. Ebraic. liter. peritus 171. vita 256.

Z.

Zeidlerus, Jo. Tecelii Collega 30
a Zeſchau, Abrah. diſcipulus Sib. 226. 229.
a Zeſchau, Jon. Conſiliarus Saxon. 109. 292
Patronus S. ibid.
Ziegler, Bern. Amicus Sib. 247. Ebr. lingu. Lipſ. docuit 282
Zoernevviz, Idolum Soraborum 66
zvvingeri, Theod. epiſtola ad Blaſ. Faricium 311

Sphalmata.

ben. Lect. corrigenda.

In Dedicat. p. 2, lin. 1. Steinenſis lin. 4. Antiſtes p. 3. lin. 4. praefecerunt lin. 27. poenitere. p. 4. l. 19. egregiae lin. 20. fide p. 8. lin. 7. Amplisfimorum. In vit. Adam. p. 4. lin. 16. vindicat. p. 18. l. 21. varios p. 19. l. 25. Eclipſeos p. 25. l. 30. Daumius. p 28. lin. 9. Pericles p. 31. l. 4. fali- p. 32. l. 17. illi l. 21. quam p. 33. l. 7. ſupremae. ead. l. Aſſeſſoris p. 44. l. 3. Siberus Rectori. p. 45. l. 18. Aeſticampium p. 48. l. 14. deficeret p. 58. l. 6. poſt quoddam, del. p. 64. l. 26. fovet. p. 71. l. 9. p. novis, del., p. 79. l. 27. Undenos p. 87. l. 19. Tertia p. 111. l. 22. Beitenb. p. 115. l. 11. protelandos p. 127 l. 2. Dioſcoriden p. 133. l. 13. Auditoribus

p. 134. l. 3. ratio p. 136. l. 5. Miſnide. p.
l. 9. p. ſupra del. „p. 1. 138. l. 2. del. in
rum p. 145. l. 19. Cribrum. & p. ut del.
13. Francofurtana p. 146. l. 1. teſſera l.
quae l. 17. committere p. 153. l. 10. denaſci
157. l. 29. locanda p. 159. l. 15. taedii l.
Hayneccusque p. 165. l. 5. Plalterium
167. l. 26. odia p. 179. l. 15. Corvos p. 1
l. 24. 1603. p. 186. l. 3. noſtra l. 8. pr
irem l. 11. Sturmianis p. 187. l. 24. in
p. 199. l. 10. del. parte l. 26. leg. & ſce
rata p. 206. l. 3. Muſis p. 209. l. 2. Sioni
p. 210. l. ni quae legitur ead l. de l.
commemoratione p. 213. l. ult. p. Sequ
p. 214. l. 1. non poterat. p. 217. l. 17. 1
ſine fructu p. 218. l. 20. animadverſ. p. 2
l. 2. Aanitius p. 227. l. ult. del. in p. 22
14. 1580. p. 224. l. 24. l. ob- p. 235. l
noſtrae p. 236. l. 9. Antiſtite p. 2
l. 22 Joannes p. 238. l. 2. ſcho
p. 255. l. 3. Gymnaſiii p. 257. diſp
p. 263. l. 27. del. punct; p. 267. l. 29. S
xon. l. 31. 1531. p. 269 l. 3. Epithalam
270. l. 1. ex p. 271. l. 23. dedicavit p. 27
l. 2. Bellica l. 23. Papeberga p. 278. l.
p. curabis, ut is accipiat p. 279. l. 23. aeſ
mavit p. 280. l. 1. nec p. 282 l. 1. literar
lin. 3. eram l. 7. Deus l. 22. del. diſp. 2
l. 2. 1553. p. 286. l. 20. inque p. 299.
6. conveniente p. 299 l. ult. Balthica
303 omiſſ. lin. l. In Marchionatu Miſni
l. 27. has p. 305. l. 27. five p. 202 l.
dabis p. 315. l. 4. add. non p. 318. l. u

Infinitas

Digitized by Google

Digitized by Google

p. 134. l. 3. ratio p. 136. l. 5. Miſnide. p
l. 9. p. ſupra del. „p. 1. 138. l. 2. del. it
rum p. 145. l. 19. Cribrum & p. ut del.
13. Francofurtana p. 146. l. 1. teſſera l.
quae l. 17. committere p. 153. l. 10. denaſc
157. l. 29. locanda p. 159. l. 15. taedii l
Hayneccusque p. 165. l. 5. Pſalteriar
167. l. 26. odia p. 179. l. 15. Corvos p.
l. 24. 1603. p. 186. l. 3. noſtra l. 8. p
irem l. 11. Sturmianis p. 187. l. 24. in
p. 199. l. 10. del. parte l. 26. leg. & ſc
rata p. 206. l. 3. Muſis p. 209. l. 2. Sion
p. 210. l. ni quae legitur ead l. de l.
commemoratione p. 213. l. ult. p. Sequ
p. 214. l. 1. non poterat. p. 217. l. 17.
finefructu p. 218. l. 20. animadverſ. p. 2
l. 2. Aanitius p. 227. l. ult. del. in p. 22
14. 1580. p. 224. l. 24. l. ob- p. 235. l
noſtrae p. 236. l. 9. Antiſtite p. 2
l. 22 Joannes p. 238. l. 2. ſchc
p. 255. l. 3. Gymnaſiii p. 257. diſp
p. 263. l. 27. del. punct. p. 267. l. 29. S
xon. l. 31. 1531. p. 269 l. 3. Epithalam
270. l. 1. ex p. 271. l. 23. dedicavit p. 27
l. 2. Bellica l. 28. Papeberga p. 278. l.
p. eucabis, ut is accipiat p. 279. l. 23. ae
mavit p. 280. l. 1. nec p. 282 l. 1. literar
lin. 3. eram l. 7. Deus l. 22. del. dip. 2
l. 2. 1553. p. 286. l. 20. inque p. 299.
6. conveniente p. 299 l. ult. Balthica
303 omiſſ. lin. l. In Marchionatu Miſni
l. 27. has p. 305. l. 27. five p. 202 l.
dabis p. 315. l. 4. add. non p. 318. l.

Infinitas

Digitized by Google

Digitized by Google

p. 134. l. 3. ratio p. 136. l. 5. Miſnide. p.
l. 9. p. ſupra del. „p. 1. 138. l. 2. del. in
rum p. 145. l. 19. Cribrum & p. ut del.
13. Francofurtana p. 146. l. 1. teſſera l.
quae l. 17. committere p. 153. l. 10. denaſc
157. l. 29. locanda p. 159. l. 15. taedii l.
Hayneccusque p. 165. l. 5. Plalterium
167. l. 26. odia p. 179. l. 15. Corvos p. 1
l. 24. 1603. p. 186. l. 3. noſtra l. 8. pi
irem l. 11. Sturmianis p. 187. l. 24. in
p. 199. l. 10. del. parte l. 26. leg. & ſc
rata p. 206. l. 3. Muſis p. 209. l. 2. Sion
p. 210. l. ni quae legitur ead l. de l.
commemoratione p. 213. l. ult. p. Sequ
p. 214. l. 1. non poterat. p. 217. l. 17.
ſine fructu p. 218. l. 20. animadverſ. p. 2
l. 2. Aanitius p. 227. l. ult. del. in p. 22
14. 1580. p. 224. l. 24. l. ob- p. 235. l
noſtrae p. 236. l. 9. Antiſtite p. 2
l. 22 Joannes p. 238. l. 2. ſchc
p. 255. l. 3. Gymnaſiii p. 257. diſp
p. 263. l. 27. del. punct. p. 267. l. 29.
xon. l. 31. 1531. p. 269 l. 3. Epithalam
270. l. 1. ex p. 271. l. 23. dedicavit p. 27
l. 24. Bellica l. 28. Papeberga p. 278. l.
p. eurabis, ut is accipiat p. 279. l. 23. ae
mavit p. 280. l. 1. nec p. 282 l. 1. literar
lin. 3. eram l. 7. Deus l. 22. del. diſp. 2
l. 2. 1553. p. 286. l. 20. inque p. 299.
6. conveniente p. 299 l. ult. Balthica
303 omiſſ. lin. 1. In Marchionatu Miſn
l. 27. has p. 305. l. 27. ſive p. 202 l.
dabis p. 315. l. 4. add. non p. 318. l. 1

Infinitas

Digitized by Google

p. 134. l. 3. ratio p. 136. l. 5. Miſnide. p.
l. 9. p. ſupra del. „p. 1. 138. l. 2. del. in
rum p. 145. l. 19. Cribrum & p. ut del.
13. Francofurtana p. 146. l. 1. teſſera l.
quae l. 17. committere p. 153. l. 10. denaſc
157. l. 29. locanda p. 159. l. 15. taedii l.
Hayneccusque p. 165. l. 5. Pſalterium
167. l. 26. odia p. 179. l. 15. Corvos p. 1
l. 24. 1603. p. 186. l. 3. noſtra l. 8. p
irem l. 11. Sturmianis p. 187. l. 24. in
p. 199. l. 10. del. parte l. 26. leg. & ſc
rata p. 206. l. 3. Muſis p. 209. l. 2. Sion
p. 210. l. ni quae legitur ead l. de l.
commemoratione p. 213. l. ult. p. Sequ
p. 214. l. 1. non poterat. p. 217. l. 17.
finefructu p. 218. l. 20. animadverſ. p. 2
l. 2. Aanitius p. 227. l. ult. del. in p. 22
14. 1580. p. 224. l. 24. l. ob- p. 235. l
noſtrae p. 236. l. 9. Antiſtite p. 2
l. 22 Joannes p. 238. l. 2. ſcho
p. 255. l. 3. Gymnaſiii p. 257. diſp
p. 263. l. 27. del. punct; p. 267. l. 29. S
xon. l. 31. 1531. p. 269 l. 3. Epithalam
270. l. 1. ex p. 271. l. 23. dedicavit p. 27
l. 21. Bellica l. 23. Papeberga p. 278. l.
p. curabis, ut is accipiat p. 279. l. 23. aeſ
mavit p. 280. l. 1. nec p. 282 l. 1. literar
lin. 3. eram l. 7. Deus l. 22. del. diſp. 28
l. 2. 1553. p. 286. l. 20. inque p. 299.
6. conveniente p. 299 l. ult. Balthica
303 omiſſ. lin. 1. In Marchionatu Miſni
l. 27. has p. 305. l. 27. five p. 202 l.
dabis p. 315. l. 4. add. non p. 318. l. u

Infinitas

Digitized by Google

p. 134. l. 3. ratio p. 136. l. 5. Miſnide. p.
l. 9. p. ſupra del. ,,p. 1. 138. l. 2. del. in
rum p. 145. l. 19. Cribrum. & p. ut del.
13. Francofurtana p. 146. l. 1. teſſera l.
quae l. 17. committere p. 153. l. 10. denaſc
157. l. 29. locanda p. 159. l. 15. taedii l.
Hayneccusque p. 165. l. 5. Plalterium
167. l. 26. odia p. 179. l. 15. Corvos p. 1
l. 24. 1603. p. 186. l. 3. noſtra l. 8. p
irem l. 11. Sturmianis p. 187. l. 24. in
p. 199. l. 10. del. parte l. 26. leg. & ſc
rata p. 206. l. 3. Muſis p. 209. l. 2. Sioni
p. 210. l. ni quae legitur ead l. de l.
commemoratione p. 213. l. ult. p. Sequ
p. 214. l. 1. non poterat. p. 217. l. 17.
ſine fructu p. 218. l. 20. animadverſ. p. 2
l. 2. Aanitius p. 227. l. ult. del. in p. 22
14. 1580. p. 224. l. 24. l. ob- p. 235. l
noſtrae p. 236. l. 9. Antiſtite p. 2
l. 22 Joannes p. 238. l. 2. ſcho
p. 255. l. 3. Gymnaſiii p. 257. diſp
p. 263. l. 27. del. punct. p. 267. l. 29. S
xon. l. 31. 1531. p. 269 l. 3. Epithalam
270. l. 1. ex p. 271. l. 23. dedicavit p. 27
l. 2. Bellica l. 23. Papeberga p. 278. l.
p. curabis, ut is accipiat p. 279. l. 23. ae
mavit p. 280. l. 1. nec p. 282 l. 1. literari
lin. 3. eram l. 7. Deus l. 22. del. diſp. 28
l. 2. 1553. p. 286. l. 20. inque p. 299.
6. conveniente p. 299 l. ult. Balthica
303 omiſſ. lin. l. In Marchionatu Miſni
l. 27. has p. 305. l. 27. five p. 202 l.
dabis p. 315. l. 4. add. non p. 318. l. u

Infinitas

Digitized by Google